



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Sanderi Angli Doct. Theol. De Origine Ac
Progressv Schismatis Anglicani Libri Tres ...**

Sander, Nicholas

Coloniæ Agrippinæ, 1610

Liber tertius. De religione Catholica iterum abrogata & hæresi Caluiniana
introducata per Elizabetham ex Anna Bolena natam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64680)



DE SCHISMATE
RENOVATO
ET IN HAERESIM
Calvinianam commutato per
Elizabetham,
DEQVE EIVS ECCLESIA-
stico regimine.
LIBER TERTIVS.
PRAEFATIO.



Rioris Hist^oriae autor in
annos etiam Elizabethae a-
liquot processerat; sed
quia ipso iam defuncto, ab
alijs instituitur exactior de
vita, moribus & regimine
huius foeminae commenta-
rius, qui suo tempore ede-

*Intentio
auctoris.*

DE
tur, epitomen tantum rerum ab ipsa contra
Ecclesiam gestarum ad tempus damus; ut ex i-
stis vnguibus, Laenam nostram plenius postea
describendam omnes agnoscant.

Cum ergo Anglicani protestantes, Ecclesiae
gubernationem, quam Christus Apostolis co-
rumque successoribus, & in primis cetero-
rum

V a rum

*Mirabilis
Dei prouidentia.*

rum omnium summo presbytero ac Pontifici Petro commiserat, ad laicos, pro singulis quibus præerant prouincijs transferri debere contenderent; Deus quo istorum hæresim rebus ipsi confutaret, fecit, ut primùm non ad alium laicū ea gubernatio in Anglia perueniret, quàm ad impijssimum tyrannum & sacrilegum Henricum: Deinde ut ab illo ad puerum Edouardum: denique ut à puero ad foeminam Elizabetham deduceretur.

Henricus.

Henricus non quidem fuit, sed per sexum atque ætatem poterat fuisse diuini verbi, quod potissimum Ecclesia regitur, rerumque ac legum sacrarum, administrator. Edouardus nec fuit, nec adhuc per ætatem poterat esse minister verbi, quanquam per sexum potuisset, Elizabetha verò ne per sexum quidem poterat, ministrare. Itaque eò res deducta est, ut protestantes dicant illam obtinere iam summum gradum, quæ non modicum nullum re vera obtinet (quod etiam ei cum Henrico & Edouardo commune est) sed nec potest quidem vnquam obtinere, id quod soli Elizabethæ propriæ conuenit: quod D. Chrysostomus hac insigni sententiâ notauit, cum ait: *Quid de Ecclesiæ præfectura agitur, vniuersa quæ muliebris natura functionis istius moli ac magnitudini cedat oportet. Cum enim Ecclesia non nisi ex viris quàm mulieribus consistat; Deus autem mulierem tum ex viro, tum propter virum ab initio fecerit (vnde per naturæ legem, vir caput mulieris dicitur, sicut & Christus caput vir, & Deus caput Christi;) quemadmodum*

Edouardus.

Elizabetha.

1. Cor. 14.

2. Tim. 2.

Lib. 2. de sacerdotio.

Nota rationem quare mulier præesse non potest in diuinitate.

dum nullo vnquam tempore euenire potest, vt vel Christus Deum, vel vir quispiam Christū regat: sic neque fieri aliquando poterit, vt mulier in ijs quæ Dei & Christi sunt, aut virum, aut Christi Ecclesiam in qua semper viri sunt, ritè atque ordine gubernet.

Diabolus quidē sanctum Dei ordinem per- *Genes. 3.*
turbaturus mulierem primam in ijs quæ Dei e-
rant violandis, ducem viro suo constituit, sa-
crorumque magistrā ac præsidem ad totius *Diabolus*
humani generis pestem atque interitum, fecit. *mulierem*
Sed filius Dei iudex & instaurator omnium à *diuinis præ-*
patre constitutus, iterū iussit mulierem in po- *fecit.*
testate viri esse, quod ius D. Paulus Apostolus
tū legem vocat, tū in rebus Ecclesiasticis
locum habere statuit, dicens: *Non permittitur* *1. Cor. 4.*
mulieribus in ecclesijs loqui, sed subditas esse, si- *Genes. 3.*
cut & lex dicit. Si ergo lex non Mosaica, sed di-
uina in Paradiso promulgata, iubet mulierem
in Ecclesia subditam esse; quomodo Ecclesiam *1. Cor. 11.*
ipsam in qua subdita esse debet, gubernare po-
test? Quin etiam Apostolus in perpetuum eius-
dem subiectionis signum præscribit, secundū
naturæ legem *ne mulier oret aut Prophetet, nisi*
velato capite; Vt videlicet ceremoniæ ipsius ri-
tu admoneatur, sexum muliebrē in rerum sa-
crarum administratione nullam autoritatē ha-
bere sed veletā semper in ijs quæ Dei sūt pera-
gendis, esse debere: Alioqui (ait Apostolus) *Sed*
non velatur mulier, tondeatur; Si verò turpè est
mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suū,
idque si non propter viros (qui ferè in Ecclesijs
absunt) saltem propter Angelos, qui nunquam
absūt; siue per angelos intelligamus ministros

*1. Corin. 14.
Malach. 1.*

Christi & dispensatores mysteriorum eius (vt D. Ambrosius admonet,) seu Beatos Spiritus qui semper Ecclesiam velut Dei castra ornant & cingunt.

*Protestantium
absurditas.*

At Protestantes docent mulierem quæ et viro & propter virum facta, per solum diabolum viro in rebus Dei præponitur, per Christum verò iterum viro in ijs quæ Dei sunt subijcitur, quæque propter Angelos potissimum velari iubetur; non solum alijs viris qui sunt in Ecclesia, sed etiam ipsis Dei Angelis, quorum labia sciētiam Dei custodiunt, & ex quorum ore lex Dei requiritur; id est, Dei sacerdotibus in ipsis rebus Ecclesiasticis moderandis præponi debere; idque non in gradu infimo, non in secundis tertijsue, sed planè, in summo gradu proximè secundum Christum ipsum.

Malac. 2.

*Fœminarū
iniquitas
apta hæreticis.*

Quæ vnquàm fuit blasphemia si hæc non est. Non sine causa Apostolus notauit fœminas enustas peccatis, ab hæreticis præ alijs decipi. Experientia docet hunc sexum vbi vehemens est in alterutram, præsertim in peiorem partem, maioribus illecebris ac violentia, quam viros rem suam persequi, virosque à fœminis in omni genere perniciosissimè facillimeque inescari atque capi. Hieronymus etiam ex omni antiquitate probauit, singulas ferè hæreses quarundam in primis illustrium mulierum opera ac patrocinio propagatas, ipsarumque affectibus pro deabus eas veneratos esse. Legimus Peluzianos impurissimos hæreticos tantum tribuisse suæ sectæ mulieribus, vt earum solum in Sacramentorum rerumque diuinarum administratione vsi sint ministerio; denique hoc in

*Ep. ad Ctesiphontem
contra Pelag.*

*Aug. lib. de
hæres. c. 27.*

foel
hab
das.
dēt.

quæ
iam
sticu
Prim
tra
nem
arro

W

I

Ang
ran
nia
lib
rer
ex
sup
ter
lic
me
ful
ale

Ang
ran
nia
lib
rer
ex
sup
ter
lic
me
ful
ale

foel

foelix saeculum, & istam sectam turpissimam habere Athalias, Machas, Iezabelas, Herodias, Selenes, Constantias, Eudoxias, omnes videt. Sed tu Elizabetha supergressa es vniuersas, quae te summam in his quae sunt ad Deum, etiam super omnes Pontifices & Sacerdotes constituisti; de tuo ergo Ecclesiastico regimine & Primatu, quem supra sexus conditionem, contra omnes leges Christi & Ecclesiae, praeter omnem piorum principum consuetudinem tibi arrogasti, pauca adnotabimus.

*Elizabetha
prerogatiua*

~~~~~

## DE ELIZABETHAE REGNO.

**M**ortua ergo Maria, Henricus Galliarum Rex, Elizabetham pro spuria habens, nunc suam Scotorum Reginam Henrici Octavi proneptem, Parisijs pro concione Angliae quoque & Hyberniae Reginam declarandam curauit, horumque regnorum insignia, in ipsius vasis, tapetibus, ac reliquis utensilibus, simul intertexi ac insculpi iubet: Sed rerum potior est Elizabetha, Henrici Octavi ex superinducta Anna Bolena, priore adhuc superstite, sed repudiata vxore Catharina; altera filia. Quae licet sorore regnante se Catholicae fidei in omnibus cultricem praebuerit; tamen verita (hunc enim illi merum iniecerant subdoli quidam haeretici, quos in consilium ascuerat) ne de quo nata est matrimonio,

*Causa mutanda religionis.*

*Silentium indictum concionatoribus Catholicis.*

*Episcopi recusant consecrare.*

*Elizabeth haereticum de fidei Catholicae defensione.*

*Lenitur sacro oleo.*

summi Pontificis Ecclesiaeque iudicio aeternam damnato, de natalibus etiam suis iureque regnandi, ex sacris canonibus aliqua oriretur dubitatio, Ecclesiasticis legibus subesse detrahit, & de mutanda religionis Ecclesiasticae regiminis forma, primo quoque tempore cogitavit.

Animum in ea re suum statim patefecit alijs multis modis, tum maxime quod Catholicis concionatoribus mox silentium indixit; haereticos in regnum, ex varijs vbi exulerant locis redire permiserit; Episcopoque cuidam coram se facturo sacrum, iamque ad altare sacris vestibus induto praecipit, non eleuare consecratam hostiam. Unde factum est ut Archiepiscopus Eboracensis, cui tum officio (defunctus prius Cardinale Polo Cantuariensi Primato) munus ipsam in Regiam inungendi & consecrandi obuenit, negauerit operam suam; negarent quoque caeteri Episcopi, praeter unum, eumque paene vltimum, omnes.

Iurandum tamen Christianis Regibus lege & more maiorum praescriptum de fidei Catholicae defensione, priuilegiorumque ac libertatum Ecclesiasticarum conseruatione, ne forte de regno minus rite sibi adepti potestea fieret questio suorum suasu, qui regni causa quiduis simulandum, dissimulandum, iurandum, peierandum senserant, in sua inauguratione solenniter praestitit: permisit se quoque oleo liniri, sed non sine irrisione & fastidio, nam sub papilionem parumper pro more ad regales induendas vestes diuertens, nobilioribus

bus circumstantibus ancillis dixisse fertur:  
Abite, ne foetor huius olei vos offendat.

Habebat antea in familia quosdam vel no-  
uæ vel nullius religionis, in ijs erat Gulielmus  
Cecilius Edouardo sexto à secretis, versatilis *Cecilius*  
ingenij, consilij, conscientia vir, qui fidem Ca-  
tholicam paulò antè tam artificiosè simula-  
uerat, vt & Regina Maria & Cardinalis Polo  
operam suam ambitiosissimè venditauerit, à  
quibus reiectus, ibat ad Elizabetham, cuius iã  
noui principatus occasione fore sperabat vt  
ad summos in Republica honores; præsertim  
si abrogata veteri religione, spretisque anti-  
quæ nobilitatis procerum ac præsulum consi-  
lijs, sibi suisque obtemperare vellet; euehere-  
tur. Illa incoelixa, morem gessit. Iste ascito in  
adiutorium sibi Nicolao Bacano iurisconsul-  
to affine suo, maximi pessimi que consilij vi-  
ro, & in supremum magistratum euecto, faci-  
lè se suumque sodalem infinitis opibus &  
possessionibus hoc modo auxit, regni rationes  
in hunc vsque diem magis magisque implica-  
tas, vel potius planè desperatas reddidit, seqs  
ipsum & dominam patriamque suam, ex hac  
cupiditate inseruit doloribus multis, vt quo  
se vertant, non habeant.

Atque ij duo in consilio rerumque omnium  
administrationem, primi erant, sed in aula &  
cubiculo, contra omnium expectationem,  
spretò Gulielmo Piccaringo equite iurato,  
qui antè in sūmis Elizabethæ delitijs erat, Ro-  
bertus Dudlæus ex Northumbriæ Ducis filijs,  
quib. de perduellionis crimine à Maria parci-  
tū esse diximus, vnus, ita dominabatur, vt in spem  
V S maximam



maximam Reginae etiam in matrimonio potius venerit, ipsius uxore opportunissime ad eam rem tempore, miserabili quidem & subito, sed Dudlæo non inexpectato casu interempta.

*Primum  
Parlamentum.*

Paulò igitur post, istorum maximè consilio, conuocatis ordinibus ad Parlamentum (ut vocant) cum foemina sit, voluit communi decreto esse & vocari suprema ecclesiae regnorum, etiam in causis spiritualibus, gubernatrix; omnesque exceptis proceribus laicis, id solenni iuramento profiteri, adiguntur. Capitulum enim Ecclesiae, quia id Calvinus in Henrico patre suo non probauit, non videbatur appellanda. Forma execrabilis sacramenti est illa.

*Forma iuramenti schismatici.*

Ego A. B. Prorsus testificor & declaro in conscientia mea, Reginam esse solam supremam gubernatricem & istius regni Angliae & aliorum terrarum suae Maiestatis dominorum & regionum, non minus in omnibus spiritualibus atque ecclesiasticis rebus vel causis, quam temporalibus; & quod nemo externus princeps, persona, praelatus, status, vel potentatus, aut factio aut iure, habet aliquam iuris dictionem, potestatem, superioritatem, praeminentiam, vel auctoritatem Ecclesiasticam aut spiritualem, in hoc regno. Ideoque, plane renuncio & repudio omnes externas iurisdictiones, potestates, superioritates atque auctoritates.

*Pœna iuramenti recusantium.*

Secundùm hanc formam præter ceteros, tenentur nominatim omnes Archiepiscopi, Episcopi, Prælati totusque clerus iurare; qui facere recusat, prima vice beneficia & bona eius omnia fisco cedent, perpetuosque carceris subibit.

bibit: altera vice qui recusauerit, poenam capituli perduellium more sustinebit. In hac iurisdictionis formula, cum secundum prius comitiale decretum, *supremi Capitis* appellationem indoctiores omissam viderent, pro simplicitate sua, lætabantur non eo usque progressum esse, ut id sexui foemineo tribueretur, quod antea viris Henrico & Edouardo honestius concedi posse videbatur; ex eoque plurimi non modo Calvinistæ, sed aliquod etiam utcumque Catholici putabant magis excusabile, si hoc iuramentum præstarent.

*Varia iuramenti interpretatio.*

Alij, acutiùs fraudem an imperitiam dicam legislatorum, animaduertentes, *Caput an Gubernatricem Ecclesia* Reginam voces, nihil ad sensum prorsus interesse notarunt; cum idem utroque vocabulo omninò designetur: imò iuramenti formulam hanc, impietatem & usurpationem Ecclesiasticæ iurisdictionis supremæ, longè explicatius continere, quàm nudum *Capitis* nomen, quod prioribus duobus regibus tribuebatur; cum hic Reginam non minorem habere potestatem in res spirituales ac causas Ecclesiasticas, quam in sui regni res terrenas, confiteri & iurare oporteat; adeò quidem, ut multi putarint Elizabetham posse sibi ex hoc decreto omnem etiam in administrandis Sacramentis sacerdotalem potestatem arrogare. Quem scrupulum cum videret Regina aliquos de non præstando iuramento causari, iussit in prima cleri visitatione sua, publicari quandam huius iurisdictionis seu expositionem seu correctionem, nimirum se non aliud hic velle aut vendicare, quàm quod prius patri

*Fraus legislatorum detegitur.*

*Magnus scrupulus.*

tri

tri fratrique, nomine *capitis Ecclesie* ab ordinibus concessum esset. Ita, quod paulò antè turpe ac absurdum videbatur foeminae ascribere, vt dicatur *Caput Ecclesie*; nunc mitius ac moderatiùs visum est, quàm hoc ipsum quod illius appellationis loco substitutum erat. Sic homines politici cum res diuinas tractari præsumunt, ostendunt se nescire quid aut de quibus loquantur.

Sed in quibus rebus hæc spiritualis seu Ecclesiastica potestas, isti foeminae regibusque duobus prioribus concessa, maximè constat, ex ipsius legibus & decretis parlamentarijs breuiter commemorabimus, vt exteri qui rerum nostrarum vsum non habent, qui sit Reipublice præsentis status faciliè cernant.

*Leges de potestate regia in rebus Ecclesiasticis.*

*An. 1. Elizabethæ.*

1.

*Regina prælatæ rogatiua.*

2.  
*Potestas delegandi.*

In primis ita habet lex, *Omnia priuilegia, præeminentia, prærogatiua, superioritates spirituales, quæ ab vlla potestate, vel humano, vel Ecclesiastico iure, haberi aut exerceri possunt, quæ ad visitationem, correctionem, seu reformationem cleri totius, sed quarumcunque personarum Ecclesiasticarum; ad cognitionem etiam ac punishmentem omnium errorum, hæresum, schismatum, abusuum, &c. Volumus in posterum quod Regno sceptro in perpetuum sint annexa.*

*Decernimusque Reginam suosque heredes ac in regali dignitate successores, habere habiturosque esse deinceps omnimodam potestatem nominandi & substituendi quoscunque voluerint, qui eorundem vice ac autoritate, eandem iurisdictionem Ecclesiasticam exercent pro beneplacito suo; personas visitent, hæreses, schismata, errores & abusum castigent; aliud ne quid vis iuris vel potestatis*

*Ridicula correctio.*

statis exerceant, quod ab vlllo vnquam Ecclesia-  
stico magistratu exerceri potuit aut oportuit.

Decernitur idem, ne clericus ad synodum vlllam,  
aliorum quàm regis literis & mandatis conue-  
niat; neue vllum canonem, legem, constitutionem  
synodalem seu prouincialem, vel faciat, vel ex-  
equatur, sine expresso maiestatis suae consensu &  
licentia huiusmodi canones faciendi promulgan-  
di vel exequendi, sub poena carceris & multa  
pro Regina arbitrio imponenda.

Synodis  
praesidendi

Decernitur ne quis exeat regnum ditionesq;  
suae maiestatis, ad vlllam visitationem, Concili-  
um, conuentum aut congregationem, quae religio-  
nis causa vsquam fiet; sed vt talia omnia, regia  
autoritate infra regnum fiant.

4.  
Ne quis è re-  
gno exeat ad  
synodum  
vlllam.

Item, ne Episcopi, vel vllius nominatione vel  
electione, vel vlla autoritate alia quàm regia  
creentur; neue iurisdictionem potestatemq; Epi-  
scopalem teneant aut exerceant, nisi ad bene-  
placitum Reginae; nec aliter nisi per ipsam, & à  
regali maiestate deriuatam autoritatem.

5.  
Episcopos  
creandi aue-  
toritas.

Non solum autè Episcopos suos aut perfo-  
nas Ecclesiasticas, hac vicaria donat sub sede  
omnibus rebus ac personis spiritualibus iuris  
dicendi potestate; sed ex laicis quos volet et-  
iam constituit commissarios seu vicarios, qui  
omnimodam exerceant spiritualem iurisdic-  
tionem, ad quos saepè ab ipsis Episcopis pro-  
uocatur. Et quomodo quidem tam isti vicarij  
quàm ipsi etiam Episcopi dependeant omnino  
quo ad iurisdictionem potestatemque omnem  
spiritualem ab autoritate huius foeminae, ex  
literis ad eos formatis, quarum exempla supe-  
riori-

Spiritualis  
iurisdic-  
tio  
laicis dele-  
gata.

ab ordi-  
antè turp  
ascribere  
ius ac mo-  
quod illi  
Sic homi  
ri præfo  
de quibus  
Seu Eccle-  
q; duobus  
ex ipis  
breuiter  
erum no-  
e publice  
ri iuris  
tes spiri-  
no, vel E-  
unt, qui  
ormationi  
rum E-  
ac pum-  
matum,  
da Rego  
es ac in  
ituro  
minandi  
eorum  
tionem  
to suo  
res &  
l pote-  
statis

rioni libro in schismatis Edouardi historia interferuimus, videre licet.

*Absurditas  
horum de-  
cretorum.*

Quorum absurdissimorum decretorum, iam pridem etiam ipsos protestantes puduit ita ut legum suarum turpitudinem apud reos Anglicarum imperitos tegere sint conati, affirmantes his legibus nihil aliud contineri, quàm Regem seu Reginam esse non minùs Ecclesiasticorum, quam laicarum personarum principem & dominum. Sed istud malitiæ velamen, ea quæ recitauimus facilè tollunt; cum videamus his decretis non tantum Reginæ dari, ut in rebus ciuilibus sit omnibus subditis suis cuiuscunque ordinis superior; sed ut personis etiam Ecclesiasticis in ijs quæ sunt ad Deum, non minùs præsit, quàm ciuili magistratui in rebus ad pacem & politiam pertinentibus. Quod quæ est magis absurdum, hanc facultatem spiritualem asserunt esse partem regalis potestatis; eamque non nunc primum his legibus dari, sed ut ius antiquum coronæ Anglicanæ reddi & restitui. Quasi uerò principes Ethnici sine ista potestate spirituali, veri reges non essent; aut Catholici reges, qui vel nunc sunt in alijs Christianis prouincijs vel in Anglia ante hoc schisma fuerunt, dimidiati tantum, & non integri absolutique principes essent; aut Christus non distinxisset ea quæ sunt Dei, ab ijs quæ sunt Cæsaris: vel nihil esset discriminis inter iura regalia & sacerdotalia; inter Ecclesiam, quæ est corpus Christi mysticum, & ciuilem hominum multitudinem, vel tandem inter eos quos spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, & humanam

*Actor. 14.*

nam creaturam, quæ ad huius vitæ commoditatem & tranquillitatem, propriè est instituta. Sed hæc omittamus, & Deo permittamus, ut discernat causam Ecclesiæ suæ, & ponat principes istos sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana, qui dixerunt, *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.*

Elizabetha verò hæc sibi hæredibusque suis arrepta potestate, simulque abrogata Sedis Apostolicæ autoritate, sibi, ut in eis quæ sunt ad Deum summæ ministræ, applicat omnium spiritualium proventuum perpetuas decimas & primitias; id est, primi anni cuiusque beneficij adepti integros fructus, omnesque religiosorum possessiones, antè sacris vsibus à sorore restitutas, sibi reperit; vicarios & commissarios in spiritualibus constituit; sigillum ad causas Ecclesiasticas peculiare cudit; de puniendis hæreticis antiquas leges (quod ad rem valde pertinebat) abrogat; nullum vult pro hæretico haberi, nec aliquam sententiam seu opinionem pro hæresi damnari, nisi secundum iudicium quatuor primorum generalium Conciliorum, vel saltem alterius synode, quæ per scripturas, de tota causa rectè iudicauerit, vel (quod caput est) in conuentu statuum, id est, in Parlamento, ita fuerit decretum. Postremò de fidei & religionis formula immutanda, pro suo suorumque arbitrato idque laicorum solum suffragijs de cernit; omnibus ad unum Episcopis, qui primitias in Anglicanis comitijs ac iure dicunt, & certè soli in causis fidei dicere deberent, reclamantibus, ac toto præterea tunc Clero Londini in Synodum Cantuariensis prouinciæ co-

*Elizabetha  
arripit Ec-  
clesiasticos  
proventus.*

*Soli laici de  
fide decer-  
nunt.*

acto

acto, non solum refragante, sed peculiari scripto Reginae ac parlamento porrecto, confidentiam suam communi omnium nomine attestante & vehementer obtestante, ne in illo concilio saeculari, de rebus religionis quicquam decerneretur.

Tremendum missae sacrificium, cum reliquo omni sanctissimo ritu precandi, & sacramenta administrandi, abolet; & noua sacramenta ceremonias, precesque in lingua vulgari ad normam maxime Lutheranorum (hoc solum excepto, quod imagines sacras sustulerit) praescribit; licet fides Caluini magis tunc, & deinceps ab istis legislatoribus eorumque ministris & sectatoribus sit approbata.

Sed quia istud peculiare est, ferè hoc tempore huic genti, vt non popularibus tumultibus sicut in Francia, Scotia, Belgica, ceterisque locis factum videmus sed principum mandato legum praetextu, haereses ac sectae perditionem introducantur; operae pretium fortè erit hoc loco annotasse, quomodo ordinum confectum, ad eam rem Elizabetha procurauerit: nam sine ipsorum suffragijs non potuit illa quaequam in religione mutare.

Sunt autem in istis comitijs Anglicanis duas curiae, vna optimatum & patritiorum; id est Episcoporum & procerum laicorum; & appellatur aula seu concessus superior: altera partim hominum equestri ordinis, qui sunt prouinciarum Vicarij, partim decurionum, qui nomine ciuitatum ac oppidorum magistris illustrium coeunt, plebisque personam sustinent; haec vocatur domus inferior. Cùm er-

*Quomodo  
Elizabetha  
ordines de-  
ceperit.*

*Modus par-  
lamenti  
Anglicani.*

gò adhibita esset opera, vt ex singulis ciuitatibus & prouincijs ij maximè cooptarētur in istā secundam comitorum curiam, qui nouis rebus in fide & religione studerent, facilè obtentum est vt quicquid Regina proposuisset, in hac secunda curia comprobaretur. In prima autem curia præter Episcopos, omnes quidem doctissimos & constantissimos confessores, quorum grauissimis sententijs & suasionibus plurimi mouebātur, cōsdebāt principes multi, ex prioris Mariæ tēporibus institutione adhuc Catholici, quos suppuduit post communem fidei & obdientiae professionem in illo ipso loco, ante triennium tantum coram suæ Sanctitatis Legato, totius regni nomine factam, tam citò, ad vnus foeminae vocem & voluntatem resilire. Aderant quoque ipsi, qui non ita multò antè regni reconciliandi causa legationem Romanam obierant; qui grauissima oratione collegas suos admonuerunt, ne à fide ac societate omnium gentium maiorumque suorum secundo se abduci sinerent; neque vnquam committerent, vt huius inconstantiae ac in rebus, ad salutem pertinentibus leuitatis, æterno dedecore notarentur.

Episcopi.

Laici.

Itaque diu restitum est, & in hoc superiori Senatu tam difficulter est impetratum, vt nisi Elizabetha tacitam nuptiarum suarum spem \* vni ex optimatibus suis faciens; \* alteri in causa coniugij dispensationem, quam à Papa tam expedite habere non poterat, offerens, alijs aliter blanditijs, promissis ac muneribus gratificās, tam eos quam alios principes istis necessitudine coniunctos, hoc modo in partes suas

\*Comiti A.  
rundeilia.\* Norfolkia  
Duci.

X

attra-



attraxisset; euertere non potuisset Catholica religio. Nam ne sic quidem schismatica pars Catholicam plusquam trium suffragiorum numero excessit. Elizabetha voto suo potita, pro cum illum neglexit, & turpiter ludificauit, & cum alios postea plurimos, seque dixit virginem permanturam, ac velle, ut in in marmore

*Elizabetha  
Virginis epitaphium &  
gratitudo in  
amicos.*

quo sepulta iaceret, inscriberetur; *Ibi scriptum est Elizabetha quae & tot amicis Regina, & tot amicis sua virgo extitisset.*

Alium quoque summum Principem (Ducem videlicet Norfolciae) quem in partem suam blanditijs allexerat, varijs postea contumelijs continuo vexatum, tandem per calumniam accusatum, vita etiam priuauit. Quod iusto Dei iudicio multi factum interpretabantur, quod illius praecipue autoritate, religio Catholica euerfa fuisset: sane matrona quaedam Londinensis pia in primis & grauis, ad istum Principem venisse, ac liberè dixisse fertur: Quando (inquit) tua Excellentia suffragium anteà dabat & debebat Ecclesiae & Catholicae fidei defensionem, comodabat haereticis ad religionis destructionem, non meminit puto, quae sua illustrissima familia & persona, per haereticos anteà penè extincta & perdita, per sanctissimae memoriae Reginae Mariae fuerit restituta, atque in hunc excelsum dignitatis gradum quem nunc tenet, euecta: sed quia hoc fecisti & dilexisti magis gloriam hominum quam Deum, reliquamque nobilitatem antiquam huius peccati participem, puniet per istos nos uos homines & haereticos. Sic illum affata est & luctuosus rerum euentus, vera esse quae dixit

*Libera admonitio multis  
haereticis Catholica.*

comprobavit. Sed his modis, quod voluit de mutanda religione, & primatu suo Ecclesiastico stabiliendo, tandem assecuta est Elizabetha.

Id verò in primis ipsam iuuit, quò optimatibus cum alia multa allegantibus, tum maxime quòd salua conscientia illud de suprema illius in rebus Ecclesiasticis potestate iusurandum præstare non potuerint, curavit ut laici Principes omnes exciperentur, modò suis suffragijs Episcopos saltem clericosque, & alios nonnullos ad hoc sacramentum lege compelli permetterent. Ita multi ex magnatibus hac cautione sibi pulchrè prospectum putantes, de Episcopis pastoris pastoribusque suis nõ ita multum curarunt, sed istis irreligiosis legibus obnoxios reliquerunt. Ita fit, quando res diuinæ in humanis & prophanis tribunalibus tractantur, quibus Deus non promisit spiritum veritatis, iudicij & iustitiæ. Memoria proditum est Henricum Octauum, tum, cum ad monasteriorum religiosorumque bona animũ applicuisset, facile effecisse quod voluit in comitijs, non solum per Principes laicos, verum etiam & prælatos Ecclesiasticos sæculares, qui ferè sua parum interesse putabant, quidquid de religiosos personis rebusue monasticis statueretur; & ita deserti religiosi ab alijs Ecclesiasticorum ordinibus, mox in prædam tyranno dati sunt. Postea verò, & in his maximè sub Elizabetha comitijs, impetitis Episcopis ac clero vniuerso, Deus permisit, facileque curatũ est, ut identidem prælati Ecclesiastici à proceribus laicis magna ex parte derelicti, ad prioris iniuriæ & peccati vindictã Elizabetha cupiditate permis-

*Fraus egrègia.*

*Principes laici à iuramento excipiuntur.*

*Ecclesiastici à laicis derelicti.*

X 2

permitterent, & religio omnis turpissime pro-  
stitueretur. Quam autem poenam postea pe-  
penderint laici ordines: partim iam vidimus  
& posteritas nostra clarius videbit & mirabitur.

An. 1559.  
Hæreticorū  
astutia.

Dum ista in comitijs prophanis, non modo  
non consentientibus, sed constantissime re-  
sistentibus omnibus ad vnum Prælati, contra  
religionem & cultum Catholicum statuuntur  
ne Catholici, qui omnium ordinum infiniti  
erant, mirarentur ac conquererentur (vt cer-  
merito fecerunt) de spiritualibus, ac ad ani-  
marum vel salutem, vel damnationem æter-  
nam pertinentibus, contra voluntatem eorum,  
quibus secundum scripturas animarum cura  
totiusque Ecclesiæ administratio commissa  
est, transigi; vt aliquo vsque vel imperitis  
tem fieret satis, dicunt suam Maiestatem con-  
turbam, vt publica institueretur quorundam  
doctorum protestantium cum Episcopis & præ-  
latis disputatio, vt cum omnes viderint illa  
pita, de quibus in Parlamento deliberatum,  
contra voluntatem Cleri constitutum esse  
illis nouis concionatoribus secundum Ver-  
bum Dei defendi, ac certissimis rationibus  
contra Episcopos aut alios quoscunque Papi-  
stas probari, minus mirentur aut ægre ferant  
etiam inuito clero ista decerni.

Et sanè quàmprimùm admonet Episcopos  
nomine suæ maiestatis, vt vel ipsi se ad dispu-  
tationem cum quibusdam Protestantibus pro-  
ferant, vel alios è suo clero qui hanc prouinciam  
obire velint, substituunt. Respondentibus E-  
piscopis, æquum non esse, vt ea quæ iam à mul-  
tis

Disputatio-  
nes inter Ca-  
tholicos &  
hæreticos.

eis sæculis, tot & tam celebribus Pontificum, Conciliorum, ac Patrum iudicijs, definita sunt, in quæstionem ac disputationem veniant; multoque minùs, ut ea quæ in Academijs certo ordine, coram doctis ac iudicio valentibus agitari deberent, coram imperito ac novitatis studioso populo, qui clamoribus potiùs quàm argumentis rem omnem definire solet, tractentur: denique afferentibus cõtra contetiosos, & Ecclesiæ iudicio non acquiescetes, parum profici disputationibus, nihil egerunt; quia Protestantes omninò voluerunt ut disputarent, propositis in quæstionē (ut fit) eis articulis qui videbatur habere maiorē pro hæreticis in scripturis probationis speciem; ut de communione sub vtraque specie; de publicis precibus habendis in lingua vulgari & similibus.

Dies ergo & locus disputationi designati sũt; personæ vtrinque selectæ; iudex sit (si dies placet) Nicolaus Baconus, homo laicus, hæreticus, ac rerum diuinarum prorsus imperitus, assistente ad speciem tantùm, Reuerendissimo Archiepiscopo Eboracensi. Dies aduenit qui fuit tertius Aprilis, infiniti confluxerunt, iniquæ disputandi leges ab hæreticis tantùm præscribuntur, nihil ordine & ratione factum, declamationibus hinc inde tempus elabatur, prophanus iudex omnia ut volebat moderatur, res ad nihilum redit, hæretici in insania pergunt. Atque hic certè Episcopi tantam animi magnitudinem ostendebant, quantam in tam repentina hæresis irruptione optare quisquam poterat. Sua enim priuata pericula aded neglexerunt, ut eorum plerique excommunicationis

*Iudex laicus in disputationibus de fide.*

*Anno 1559.*

*Episcoporum magnitudo animi.*

cationis censuram aduersus Regnam alioquin nonnullos adhibendam censerent, qui duces illi autoresque fuerunt tam periculosa defectionis, toti que regno ignominiosa; Regna (inquam) illi, quod tam paucis ante annis fuerat Sedi Apostolicae reconciliatum, quodque sacrosanctis omnium ordinum iuramentis confirmauerat, se deinceps perpetuo in eius communionem permanfurum.

Verum prudentiores Episcopi, vel carum mansuetiores, propositis quae ex eo facto sequutura videbantur magnis incommodis, contrariam sententiam praetulerunt. Itaque rem eam Romano Pontifici totius Catholicae Christianae Ecclesiae Pastori, committendam potius iudicauerunt, quam ab illis qui Reginae erant adhibenda attentanda: quia factum illud nescio quomodo fortasse tumultus & scandala totiusque ordinis Ecclesiastici perturbationem, ac etiam persequutionem posset probabiliter excitare.

Non est enim dubium, quin aduersarij si persuasissent, excommunicationem hanc etiam iam ab Episcopis, tumultuandi potius studio quam amore & charitate officijque functione zelo; unde tamen omnes huiusmodi sententiae re vera proficiscuntur, quocumque tandem modo, in quos feruntur, male videlicet affectibus & morbis animi grauioribus saepe numero laborantes, Principes praesertim, nisi in timore Dei multum profecerint, eas interpretentur. Cum saepe legamus multos Episcopos propterea a multis Regibus euestigio iugulatos.

Rebus ita ordinum autoritate coeactis, praesertim diem, id est, festum Sancti Ioannis Baptistae

pristæ, Anno 1559. Missam facientibus aut Anno 1559.  
audientibus, aliudue quodcunque officium  
Ecclesiasticum ritu veteri procurantibus,  
Sacramentumue aliquod ROMANO more *Multa mis-*  
adminisrantibus, grauis indicitur multa; *sam vel au-*  
nimirum, vt qui hanc legem prima vice con- *dientibus.*  
mitteret, vel ducentos aureos dependeret, vel *vel facienti-*  
sex mensibus in vinculis ageret; secunda vi- *bis indicta.*  
ce, quadringentos aureos aut vnius anni vin-  
cula exolueret; tertia demum vice, perpetuis  
carceribus addiceretur, omnibusque bonis ex-  
cideret. Quo factum est, vt ad præscriptum di-  
em cessarent sacra publicè fieri per totum reg-  
num.

Quia verò his impietatibus Episcopi (vt di-  
ctum est) consentire noluerunt, nec iureiuran. *Episcopi de*  
do affirmare se in conscientia credere, solum *gradu deie-*  
Reginam sub Christo esse Anglicanæ Ecclesiæ *cti.*  
supremam gubernatricem, præter vnum om-  
nes sunt paulò post de gradu & dignitate sua  
depositi, ac carceribus varijsque custodijs com-  
missi, vndè omnes hodiè longo miseriarum tē-  
dio extincti sunt. Quorum gloriosissimorum  
Confessorum nomina ad æternam rei memo-  
riam apponam. In primis Nicolaus Eboracen-  
sis Archiepiscopus, paulò antè Angliæ Cancel-  
larius, deindè Edmūdus Londinēsis Episcopus,  
Tōstallus Dunelmensis, Ioannes Vintoniensis,  
Thomas Licolniensis, Thurlbeus Eliensis, Tur-  
baruilus Exoniensis, Burnus Bathoniensis, Po-  
lus Petroburgensis, Baynus Litchfildensis, Cu-  
thubertus Cestrensis, Ogletrhopus Carliolen-  
sis, Thomas autē Golduellus Assapiēsis, plenus  
pietatis & dierū, 26. postea annos Romæ vixit,

Anno 1585.

*Exules ex omni hominum genere pro fide.*

& non ita pridē foelicissimē ac sanctissimē domino obiit. Quibus propter summam constantiam & vinculorum societatem, Fecknamum occidentalis Monasterij Abbatem adiuuare licet, qui hoc tantum anno præclara confessione perfunctus, foeliciter requieuit in Domino.

Horum insignium pastorum & prælatorum suorum exempla, ex clero melior pars imitata est; plurimis eorum qui primarias Ecclesiarum dignitates obtinebant, vel in custodiam datis, vel extra patriam fugatis; hæreticis ministris ipsorum loca & honores inuadentibus. Solum uerterunt etiam religiosi variorum ordinum plurimi; ac conuentus etiam utriusque sexus integri tres; secuti sunt quoque nobiles utriusque sexus permulti, etiam usque ad ceteros & honorum rapinam; Utriusque insuper Vniuersitatis (duas enim Anglia Academia Oxoniensem & Cantabrigientem habet) ipse, in exteras regiones quasi turbine delatus & dispersus est, circiter autem trecenti omnium ordinum ab initio commigrarunt in varias Europæ partes, sed maximè in Belgicas Vniuersitates, quò etiam multò plures postea confluxerunt; vnde Anglicani agri deserti, magna deinde sementis copiosissimaque messis extitit, futura tandem (vti speratur) ad totius nationis salutem.

*Libri à Catholicis scripti.*

Horum aliqui, utilissimis tam suā, quam Latina lingua postea scriptis libris, varias Catholicæ religionis partes fortiter contra hæreticos defenderunt & egregiè illustrarunt. In his sunt præcipui, Nicolaus Harpesfeldus, qui

qui etiam in carcere egregium opus contra Magdeburgenses, Copi nomine editum, multaque alia adornauit; Thomas Hardingus; Nicolaus Sanderus; & qui adhuc viuunt, Gulielmus Alanus & Thomas Stapeltonus, alijque nonnulli quorum opera innumeræ animæ suorum deceptæ, ad gremiū Ecclesiæ indies per Christi gratiam redire noscuntur.

Non erit autem fortasse à proposito nostro alienum, hoc ipso loco subiungere occasionē primam, quam Dei prouidentia his libris scribendis dedit. Cū enim primis illis initijs, non tanta hominum multitudo, præsertim dictionum, ad nouitatem illam amplectendā adduci potuisset, quantam hæretici sperabant, frequensque omnibus in ore esset, antiquitatē venerandam ac primorum Patrum sacrosanctam autoritatem, tam leuiter non esse à posteris reiiciendam, ut huic malo remedium aliquod tempestiuū adhiberetur, Ioannes Iuellus Superintendens factus Sarisburiensis, qui singulari eloquentiæ opinione apud suos florebat, celeberrimum Sancti Pauli suggestum Londini cōscendit maxima hominum frequentia, ibique conciones aliquot in laudem antiquitatis habuit; vehementer asserens, Protestantes nihil præter antiquitatem querere; nihil præter scripturæ sacræ & antiquissimorum Patrum, Doctorum, ac Conciliorum autoritatem tueri; nihil impugnare præter novos errores denique, hanc esse solam litem ac controuersiam inter ipsos ac nos, quod ipsi vetera, nos noua defendamus. Quæ cū maxima contentione & hypocrisi dixisset, tum obortis

*Occasio prima scribendi libros Catholicos.*

*Iuelli hypocrisis ac inconstantia.*



*Inuelli apo-  
strophe.*

etiam lachrymis hac apostrophe vsus est. O Pa-  
cripatres, quid aliud facimus, quam vt vos de-  
fendamus? o sancti Apostoli, quam aliam quam  
vestram doctrinam propagamus? o Gregori, o Au-  
gustine, o Hieronyme, o Ambrosi; o Cypriane;  
Basilii, o Petre, o Paule, o Christe; si nos fallimus,  
vos nos decepistis; si nos erramus, vos in errorem  
nos induxistis: nos enim verba vestra exactissi-  
me sequimur, vestigijs vestris diligentissime in-  
sistimus; nec errare possumus, nisi vos errauerit-  
is: nec quenquam decipere, nisi vos nos decepe-  
ritis: quod alienissimum tamen est à sanctitate  
vestra. Deinde enumeratis non paucis Catho-  
licæ fidei capitibus de quibus controuertetur,  
hanc protestationē solemne verbis adiecit.  
*Si quis est aduersariorum nostrorum in uniuerso mundo, (neminē enim excipio) qui pro quouis istorum articulorum quos enumeravi, confirmando vel probando locum aliquem vnum, vel vnicam tantum sententiam, ex aliqua scriptura Canonica, vel ex aliquo Concilio generali, vel à aliquo sanctorū Patrum qui intra sexcentos annos à Christo vixerint (non loquar auditore: Deus scit, hyperbolicè, inquit; sed sincere, ac simpliciter,) si aliquā vnā sententiam vel clausulam, cum vnū vel auctoritatem vnicam perspicuam, à aliquo autorum quos dixi, attulerit; Ego firmo promitto vniuersæ me fidei Papistarū subscriptorum, nec nobis aut huic Reipublicæ erit quicquam gratius, quàm vt qui inter eos doctiores sunt, huic meæ postulationi æquissima satisfaciant.*

*Catholicorū  
responsa.*

His dictis, articulorū capita in vulgus proiecit, & eadem paulò post impressa etiam prodierunt, ingenti sanè hæreticorum applausu, & non

& non paruo aliorum stupore, qui impudentissimam hominis insaniam satis mirari non poterant. Sed cum non multis deinde mensibus; Catholicorum libri comparuissent, quibus non solum vnus vel alter, vt postulabatur; sed infiniti ferè sacrae scripturae, sanctorum Conciliorum, ac antiquorum Patrum loci manifestissimi producebantur, quibus impij haereticorum errores euidentissimè conuincerentur; nec Iuellus ipse alium respondendi modum inueniret, quàm vt autoritates propositas, vel corrumpendo peruerteret, vel illudendo pernegaret: tùm pudere coepit Protestates istius stultae iactantiae, accusare Iuellum temeritatis ac inconsiderantiae, interpretari varijs modis prouocationem ab eo factam, in simulare Catholicos nimiae acerbitatis, ac seditionis mouendae studij in respondendo: Denique edictis legibus seuerissimis prohibuerunt, nec amplius libri à Catholicis scriberentur, aut à quoquam intra reginae ditiones legerentur. Sed hoc neque hos, neque illos ab incepto deterruit: maximo enim fructu & scripti & lecti fuerunt deinceps semper libri Catholici, ei que rei tribuitur pars magna illius incrementi ac progressus in fide Catholica, quem posterioribus his annis in Anglia vidimus. Sed iam inceptam historiã prosequamur.

*Protestantium  
um tergi-  
uersationes*

Habet Anglia praeter duas illas quas nominamus Academias antiquissimas, olimque maximarum artium, ac praesertim Theologiae studiosis florentissimas, nunc verò (vt temporibus sectarum fit) nouorum oratorum & grammaticorum tantum nutrices, quaedam Londini gymnasia

*Legistarum  
Collegia  
Londini.*

nasia amplissima, in quibus principum, nobilitatis ac ditiorum ferè hominū filij ius Britannicum ac leges municipales addiscunt, ex quibus ferè prodeunt ij, qui populo ius dicunt & Rempublicam administrant: genus hominum in illa gente, quod aliud, prudens, graue & honoratum. Ita detestabantur istam religionis mutationem quam sua prudentia statui & Reipublice perniciosissimam fore præ sagiebant; vt propterea plurimi, fidei & antiquitatis amantiore, à causis patrociniis, iure dicendo & publicis muneribus fuerint tùm, & non ita multò post amoti, alij in eorum loca successerunt; non quidem qui hæretici essent (nam eius ordinis paucissimi semper fuerunt) sed qui nouerant cedere Cæsari & temporibus, ac secundas partes dare Deo. Quod in omnibus ordinibus fecerunt multi, vnde maior terè semper quam ab ipsis hæreticis, Reipublice perniciosa est sequuta.

*Maior pars  
Angliae  
Catholici fidei  
addicta.*

Diuisa autem omni Anglia in tres partes tribus vna non erat eo tempore hæretica, nec cupiebat aut probabat mutationem religionis, nedum postea, cum sectæ perniciosa esset expectata. Nam præter plurimos ex optimatibus principibus, de quibus diximus, pars maior inferioris nobilitatis erat planè Catholica; plebs quoque, qui agriculturam per totum regnum exercet (honestum & opulentum in illa insula genus hominum) nouitatem istam imprimis detestabatur nec regni illius prouinciæ aliam quam quæ sunt propè Londinum & aulam; nec ciuitates ferè, nisi maritimæ, atque in istis præ cæteris otio & delitijs affluentes adulescentes, bonorum decoctores, mulieres onustæ peccatis,

tis, cæteri que similis farinae miselli, vltro hæresim amplexabantur. Hoc enim nobis pueris obseruatū est, maximè in vniuersitatibus, quæ que eò esse in hæresim natura procliuiorem; quo esset præ cæteris, magistris magis immorigerus, parentibus ac superioribus inobediens, dominis infidelis, aut de aliquo alio graui peccato notatus. Præter istos ergò licet cæteri ferè essent corde catholici, tamè putabant aliquosque exteriori vita, & obediendum legibus, & regie voluntati cedendum: & si quid in eare peccetur, id tribuendum principi vel magistratui & non sibi, qui iudicabant se vtcumque hac necessitate excusari.

*Qui sunt ad hæresim procliuiiores.*

Venerunt quoque in hanc ipsam sententiã nonnulli ex inferiori clero presbyteri & parochi, ecclesiarumque cathedralium vel collegiatarum Canonici non pauci, qui ex animo sectam damnabant, & aliquandiu etiam à faciendis istis nouis officijs propter conscientiam abstinebant; adeò quidem vt post diè à lege præscriptum, in quo vera sacra cessare, falsa ista inchoare oportuit, multa essent per totum regnum ad aliquod menses clausa templa; cū presbyteri veteres, schismatica sacra non lubenter facerent, & nouorum ministrorum non esset adhuc tanta copia, vt tot locis inferuissent.

*Sacra hæretica egrè primo recepta.*

Sed cū Elizabetha paulò post, pro sua scilicet omnium ecclesiarum sollicitudine, visitationem cleri fecisset, ac in parochos qui ritus parlamentarios in parochijs suis ad diè à lege præscriptū nō obibant, diligenter inquisisset; plurimi metu amissionis bonorum & beneficiorum ad noua ista sacra se accommodabant.

*Visitatio cleri per Elizabetham*

*Prima mul-  
ta recusan-  
tibus adire  
ecclesias hæ-  
reticorum.*

bant. Si qui autem essent qui constantius resisterent aut non assentirentur, his alios ex noua sua creatione substituebat ministros, qui illos fungerentur munere; plebem etiam compellebat, in singula capita, si festis diebus abessent secundum comitorum edictum, duodecim annuum indicta multa, ut Ecclesias sicut prius frequentent; quæ poena postea grauissimè aucta, ut suo loco dicitur.

Atque ita vel vi vel arte factum est, ut maxima catholicorum pars, usque ad eam his primitiis non perspecto rei periculo, hostibus paratim cederet, ut schismaticorum ecclesias, conciones, communionem ac conuentibus aliquando publicè adire non recusarent. Ita tamen ut interim Missas secretò domi per eosdem sæpè presbyteros, qui adulterina hæreticorum sacra in templis publicè peragebant, aliquando per alios non ita schismate comminatos, celebrari curarent; sæpèque & mensæ domini, ac calicis dæmoniorum; hoc est, sacro sanctæ Eucharistiæ, & cœnæ Calvinicæ, vno, eodèque die, illo luctuoso tempore participes fierent. Imò quòd magis mirum ac miserum erat, sacerdos nonnunquam prius remissam domi faciens, deferebat pro catholicis quos ipse id desiderare cognouerat, hostias secundum formam ab Ecclesia usitatam consecratis, quas eodem tempore iisdem dispensabat quo panes hæreticorum ritu consecratos, cæteris Catholicæ fidei minùs studiosis, distribuebat. Atque hæc mando literis, ut cæteræ nationes nostro exemplo edoctæ, & hæreseos principia ac progressus videant, & tempestiue sibi

*Damnanda  
Catholicorū  
dissimulatio*

**Nota.**

ab h

ab huiusmodi pestibus caueant.

Interim Regina & sui, ab initio præclarè secum agi existimarunt; quòd cùm tot essent antiquæ fidei in regno cultores, plerosque tamen scirent, ritus à se præscriptos publicè vel amplectari, vel præsentia sua utcunque exterius approbare; licet interius aliam fidem de qua ipsi nõ adeò curabant, aut certè ad tempus dissimulandum censebant, colerent. Ac ne sacerdotes quidem quosdam ab illis administrandis abhorre-  
 rant, gaudebant non mediocriter: timebant enim, ne contra exemplum & mandatum omnium Episcoporum ac prælatorum suorum, ac contra conscientiam suam adduci non possent, ut id facerent. Neque enim adhuc habebant pro triginta & amplius parochiarum milibus, novos ministros, turpeque iudicabant maximam templorum partem subitò claudi, omniq̃ sacramentorum usu destitui; & (quod est hæreticorum omnium proprium) maluerunt ab initio, ad faciliorem populi deceptionem, uti veris sacerdotibus quàm pseudopresbyteris suis. Atque ita quidem res istæ in Anglia gerebantur, & paulò post in illis etiam Hiberniæ locis quæ Elizabethæ parent; ubi itidè hoc hæreseos iugum populis imposuit, repugnante maximè conscientia cùm illius gentis homines permulti sint catholici.

Hic quoque sectarij, volentes fratrum suorum Mariæ & aliorum Catholicorum Regum temporibus combustorum, damnatæ memoriæ utcunque succurrere, martyrologia & Calendaria nova edunt; ubi abolitis antiquis martyribus, Confessoribus, & virginibus, dies

*Gaudium  
Hæreticorū,  
de Catholi-  
corum dissimulacione.*

*Martyrologia & Calendaria Hæreticorum.*

anni

*Confessores.*

anni nouis sanctis attribuunt, & ita distribuunt; Henricum Octauum, Edouardum sextum, Erasmmum, Lutherum, Petrum Martyrem & similes, Confessorum nomine insigniant; Hulsom, Vicleffum, Latimerum, Cranmerum & alius farinae aliquot, martyrum titulo, idque saepe maiusculis ac rubris literis notant. Virgines verò in ista Ecclesia & Calendario non habentur.

*Martyres.*

Buceri autem & sodalis sui; quos diximus Cantabrigiae exhumatos, non ita multo ante concrematos fuisse; etiam cineribus vel potius umbris honorem restitui volebant, publicis ac celeberrimis illis denuò peractis iustis sicut Oxonij meretriciae Petri Martyris coniugis ossa, è sterquilino in quod coniecta erant, summo studio collecta, in vicinam Ecclesiam ubi primùm condita erant, reportantur: non iam in pristinam sepulturam, sed summo scelere aperto sanctissimae virginis Fridisuae eius Templi & loci Diuae Tutelarum antiquissimo monumento, in sacrum eius tumulum inferuntur, & eiusdem Diuae Venerabilibus reliquiis ita permiscentur, vt in posterum inter verumque morticinium discerni non queat, hoc impio addito Epitaphio: *Hic requiescit religiosorum superstitione.* Sic discernet viuorum & mortuorum Christus.

*Impium Epitaphium.**Nouus clerus.*

Interea Ecclesiae Gubernatrix, animam ad novos Episcopos & suae sectae clerum creatum adiecit. Nec tamen in officijs aut ordinibus Ecclesiasticis distribuendis, nec in ipsa religionis forma quidquam secuta est Zuinglianorum aut Calvinistarum rationes, ac nec ex-

actè quidem Lutheranorum; quorum tamen nò modò in exteris ceremonijs, sed in ratione credendi (propter quandam quam se fingeat amare mediocritatem & quia Catholica cum paulò priùs haberetur, nolebat repentè videri pessima) quàm cæterorum sectariorum, similior haberi cupiebat. Ergo nec illud seditiosum tribunal, quod *Consistorium* vocant ipsi nec gradus aut functiones illas, *Seniorum Ministrorum*, ac ceterorum quidquam curavit: sed vel animi proprii inductione, vel aliorum suafione, iudicabat magis ad gloriam spiritualis prælaturæ suæ, ac regni etiam temporalis splendorem, atque demum ad sectæ etiam stabilitatem fore, vt clerus quem esset instituturus secundū veteris Ecclesiæ distinctionē, cōsisteret ex Archiepiscopis, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis: nā hoc gradu nullū admittunt inferiorē. Identidem, vt in Cathedralibus ac collegiatis Ecclesijs, esse pro more voluit, Præpositos, Decanos, Archidiaconos, Cancellarios, Canonicos, ac alios secundum cuiusque loci consuetudinem. Atque hos omnes voluit antiquæ dignitatis & honorum vocabulis, veterisque cleri possessionibus, ac priuilegijs penè omnibus, tam in Republica quàm in Ecclesijs, frui.

Imò dedit operam religiosa foemina, habere suæ quoque fidei religiosos; egit enim cum gloriosissimo cōfessore Abbate Vestmonasterij, vt monachos suos ex hac rerum mutatione abire non permetteret; sed eos de sua in conuentum benigna voluntate redderet certos & securos seque cupere vt maneant orentque pro ipsa & sacra faciant secundum legum ab ipsa

*Consistoriū  
Seniores.*

*Gradus huius  
nominis  
cleri.*

*Elizabetha  
religiosa.*



latarum præscriptum. Sed boni viri non putabant æquum esse, vt regulam Benedicti relinquerent, propter regulam Caluini.

*Elizabetha  
instantia.*

Et Elizabetha ab ipsa apud exteros, ac principū oratores, solet multū gloriari, quòd deorum habeat in sua secta honoratum; & non tantum famelicos ministros, sicut Geneueses, & aliæ huiusmodi nouæ Ecclesiæ non bene ordinatæ: neque ita se exorbitare à cætorum Principum maiorūque suorum fide, vt multi putāt. Ad maiorē verè in hoc genere

*Elizabetha  
hypocrisis.*

fraudem faciendā, voluit aliquot annis proponi publicè in mensa, quam pro altari in sacello erexerat, cereos duos, sed eos nunquam accensos, ac crucem etiam in medio argenteam vnā; sæpè etiam dictitans ( vt regi sicut

*Mendacium*

Catholicis magis placeret, exterisque tunc illi-  
ùs imponeret ) se nō tam voluntate sua, quam subditorum importunitate, vt religionē mutaret, fuisse coactam; sed in ea re magna vni-  
fuisse moderatione.

*Distributio  
dignitatum*

Sed vt ad rem redeamus: distribuit magis omnes dignitates & functiones Ecclesiasticas in suos Lutheranos, vel Caluinistas; sed plures in hos, quàm in illos: venerant enim hanc prædam ex Sabaudia alijsque locis, quæ antea profugerant, rapidissimè hi ipsi, paulò prius secūdem Caluinum detestabantur istos superbos & Antichristianos in prelatis principatus ac dominationes: seq; in sua bonorum ac honorū Ecclesiasticorū vni-

*Hæretici  
versipelles.*

partione, magis impotenter, tyrannicè, aut rē, insolenterque gerunt, quàm vel à veris dominis fieri, vel à nobis antea cogitari potu-

set: proindè iam omiffa fidei, precum, & regiminis formula, cui Geneuæ affuefacti fuerāt, quamque præceptoribus illic fuis se in Ecclefijs Anglicanas traducturos promiferant, se nunc totos Reginali prælaturæ ac præfcriptioni feruilliter fubmittunt, quia hoc aucupium erat vberimum. Sed vt offenfos socios beneficio placarent, procurant Calviniftis, Gallis, Flandris, Vvallonibus, certas Londini Ecclefijs; vbi feorfim orare, facra peragere, pro more fuo caftiffimè & reformatiffimè (fcilicet) poffunt. Inter quas pofttea Ecclefijs, & nouas has Anglorum fynagogas, magna extitit digladiatio; adeò quidè, vt ex ministris Gallicanis nonnulli fint pofttea coacti difcedere, & ex illis contubernijs aliquot etiam ignibus traditi, nam ad eas mox Ecclefijs fub prætextu Calvinifmi, ex varijs gentibus omnium feftarum impuriffimi quique homines commigrarunt.

*Diffenfiones  
hereticorū.*

*Cōburnuntur  
heretici.*

Cæterùm Epifcopatus ac alias prælaturas Ecclefiasticas auidè & fine fcrupulo captabāt Calviniftæ: etiam tùm, cùm adhuc fcirent veros Epifcopos cum toto orbe communicantes, fupereffe, nec vlla vel caufa vel potestate legitima exautoratos; certoque cognofcerent tales Ecclefijs, cathedras, ac officia nunquã fuiſſe ab alijs, nec pro alijs quàm Catholicis inſtituta; ſed fic de iſtis ipſi cogitabant, quemadmodum de regnis dixit ille; ea ſemper eſſe occupantium. Elizabetha quidem ita hæc per literas patentes conferebat, vt tamè oportuerit eos quibus collata erant, à certis perſonis, ac ritu etiam certo, ſecundùm leges regni ordinari.

*Caluiniftarum  
ambitio.*

X 2

Hen-

*Forma ordinandi noui cleri.*

*Reginales praelati.*

*Magna protestantium angustia in ordinandis Episcopis.*

HENRICVS Octauus radix peccati, cum ab Ecclesia & sede Apostolica regnum suum diuississet, decreuit; ne quisquam electus in Episcopum, bullas Pontificias seu mandatum Apostolicum de consecratione requireret, sed Regium tantum diploma adferret: secundum quod, à tribus Episcopis cum consensu Metropolitæ ordinatus, iubebatur legitimitiorum facta ad imitationem antiquorum canonum, esse verus Episcopus; nec alio modo ordinatum pro Episcopo agnosci oportere: ceremoniam autem & solennem venerationem more Ecclesiastico adhuc in consecratione illa adhiberi voluit, quam postea proficiens in peius Edouardus Sextus sustulit, & pro ea Calvinicas aliquot deprecationes instituit; seruata tamen semper priori de numero præsentium Episcoporum qui manus ordinando imponerent, lege. Has leges noua sustulit Regna Maria; Elizabetha in integrum restituit ac renouauit: vt proinde oportuerit hos Reginales prælatos ita quoque ordinari vt consentiente Metropolitano, duo vel tres Episcopi assistant ipsisque manus imponant. Sed per ridiculè accidit, vt cum isti Superintendentes creandi essent, nec à Catholicis Episcopis impetrare potuerint, vt ipsis manus admouerent; nec inter se, aut tres duosue Episcopos, aut vllum omnino suæ perfidiæ Metropolitanum, ab alijs Episcopis prius ordinatum haberent, cuius vel manu vel consensu consecrari possent; nec etiam ad vicinos Lutheranorum aut Calvinistarum Ecclesias conferre sese commodè possent, vt inde mutuas

Episcopos

Episcoporum (qui fortè nec ibi erant) operas peterent: Instabant vehementer apud quendam Archiepiscopum Hybernum, (quem tùm Londini in vinculis habebant,) vt in hac illis necessitate succurreret, & libertate ei & præmijs propositis, si vellet istorum ordinationi præesse; sed vir bonus nullo modo adduci potuit, vt hæreticis sacras manus imponeret, vel alieno peccato communicaret. Atq; ita cùm omni legitima ordinatione destituti vulgò dicerentur, & ipsis legibus Anglicanis verè probarentur non esse Episcopos, brachium seculare inuocare coacti sunt, vt laici magistratus confirmationem, in futuris comitijs acciperent; cuius autoritate, si quid minùs ritè nec ad præscriptum legum in priori inauguratione gestum esset, aut omissum, ipsis condonaretur, idque postquam Episcopali officio & Cathedra absque vlla Episcopali consecratione aliquot annis iam functi fuissent. Hinc nomen illis impositum, vt *Parlamentarij Episcopi* dicerentur.

*Parlamētarij Episcopi.*

Qualescunque fuerint, aut quomodocunque facti sunt isti Pseudoepiscopi, ex latrunculis vel leunculis euaserunt leones & lupi rapidissimi, & didicerunt capere prædam, in clerum ac populum dominari, eosque nouis inauditisque modis dispoliare. Et primum quidem Regina habuit suam visitationem Ecclesiasticam per totum regnum; secundum tenuit Metropolita in sua, quisque, prouincia; tertiam Episcopus cuiuslibet loci; vbi seuerissimè in oēs Catholicos quæsitum & animaduersum est, vbi miræ institutæ sunt reformatio-

*Superintendentes lupi.*

*Visitationes varia ac reformationes*

nes: inquirebatur enim, si vspiã adhuc Missa fiãt, si Sacramentũ reseruetur, si in vllis Ecclesijs noua officia nõ celebrentur, si altaria non sint fracta ac demolita, si chorus nõ sit naui Ecclesiæ, sublata Crucifixi imagine, cõplanatus, si vspiam in parietibus aut fenestris imaginũ vestigia appareãt; quã multos calices, pixides, aut cruces habeãt, cuiusq; demũ mater ixe sint: Biblia deinde Anglicè ab hæreticis falsissima versione, & impijs annotationib. cõspurcata, institutiones item Caluini; ad id genus libros cogunt populũ emere, & in singulis tẽplis legendos proponi; deniq; inquirunt, si parochi habeant donum castitatis, eosque plurimum vrgent, vt vxores, ne vrantur tempestiue accipiant.

*Ex quibus hominibus nouus iste clerus componitur.*

*Administri nõ habent donum castitatis.*

Clerus enim in Anglia nouus, partim ex postatis nostris, partim ex hominib. merè hæreticis factus, vt est valdè spiritualis, primo quoque tẽpore de nuptijs cogitabat; multũq; festegit, vt coniugia Episcoporũ, Canonicorũ & cæterorũ ministrorũ, legib. approbarẽtur, & ipsorũ liberi legitimi declararẽtur; sed obtineri nõ potuit, quia vel turpe videbatur ministerio, vel reipubl. perniciosum. Edouardus quidẽ sextus oës canonicas & humanas prohibitiones circa clericorum aut etiã religiosorum connubia lege comitali seu parliamentaria sustulerat; eã legem mox abrogauit Maria, nunc restituendã ac renouandã clamitant isti, sed nõ exaudiuntur: omnes tamẽ per totũ ferè regnũ quia dono (vt loquuntur) non sunt certi, non secundum leges, sed secundum indulgentiam (vel vt illi dicunt) secundum scripturas

pturas, sed ad libidinem suam compositas, in-  
eunt, prima; secunda, vel etiam tertia coniu-  
gia, contra canones & morem non solum La-  
tinorum, sed etiam Græcorum, & prole ita  
abundant, vt ad illam sustentandam opi-  
busque augendam, & populus supra modum  
grauetur, & ipsi miserè beneficia sua expi-  
lent.

Quia autē in vxoribus eligendis fuerant ab  
initio, ita vel negligentes vel infœlices, vel  
nimis præproperi, vt fœminas nõ ad eò honeste  
famæ oēs ferè acceperint, magnumq; ex ea re  
infirmioribus sectæ suæ scandalum, Catholi-  
cis etiam risum mouerint: præscriptum est il-  
lis Reginae autoritate, vt nullam deinceps fœ-  
minam in coniugium Presbyteri, nec Episco-  
pi quidem admitterent, nisi prius certorum  
hominum iudicijs de honestate approbatam.  
Sed ne hoc modo satis potuit esse cautum i-  
storū simul & honori & necessitati; sine fœmi-  
nis enim pleriq; non magis esse poterant, ( vt  
dicebant) quàm carere cibo, continentiaque  
iugū intolerabile ducebant. Qui autē istis da-  
rent filias suas, ne protestantes quidem ferè  
inueniebantur, ne dum Catholici: primū, quia  
existimant id esse per se infame, vt sint vel di-  
cantur vxores presbyterorum. Secundò, quia  
iuxta leges regni non sunt adhuc vera, sed ad-  
ulterina coniugia, ac proinde proles illegiti-  
tima. Tertiò, quia non accrescit his vxoribus  
aut liberis suis ex maritorum loco aut hono-  
re in Republica, vlla dignitas aut æstimatio,  
quod est contra naturam veri matrimonij.  
Non enim Archiepiscopus, Episcopus, aliusue  
Y 4 hodie

*Lex de eli-  
gendis vxoribus presby-  
terorum.*

*Filij presby-  
terorū sunt  
bastardi, se-  
cundum ho-  
diernas le-  
ges Anglica-  
nas illegiti-  
mi.*

*Præsbyterii  
uxores à ho-  
minibus cõ-  
temnantur.*

hodie prælatus in Anglia si sit coniugatus, tri-  
buit quicquam; ex eo honoris vel præeminen-  
tiæ vxori suæ, non magis quam si esset eius tẽ-  
tum concubina. Hinc fit, vt nec eas Elizabetha  
in aulam, nec principum vxores in consorti-  
vlllo modo admittant, ne Archiepiscoporum  
quidem vocatas coniuges, sed debent eas ma-  
riti domi continere, pro vasis tantum, libidi-  
nis aut necessitatis suæ. Quæ istis ergo condi-  
tionibus, vel summis prælatis coniugerentur,  
cũ honestiores pauca aut nullæ reperirentur,  
quas poterant habere accipere fuit neces-  
se. Sed & alijs modis vtcunque istorum homi-  
num cupiditati per magistratum civilem im-  
positum est frænum. Nam & Collegiorum  
lumni, qui in Anglicanis vniuersitatibus ab-  
modum multi erant otioque ac saturitate pa-  
nis abundabant, ac admodum prouecti ætate  
erant, cupiebant & ipsi habere vxores; sed vi-  
debatur inconueniens, & id priuilegij Colle-  
giorum tantum Rectoribus concessum est, cõ-  
hac tamen exceptione, vt coniuges seorsum  
plerunque extra Collegia constituent, rari-  
usque eas intromittant.

Illud verò scelestum est, sed horum mori-  
bus & religioni consentaneum, quòd concio-  
natores adhuc iuuenes ac cælibes, in suggesta  
non veniãt nisi delicatissimi compositi, com-  
pti, vestiti; idque in primis vt & corporis ha-  
bitu, & vultus decore, & sermonis ad omnem  
suauitatem compositi lenocinijs, ex audito-  
rio fœminas aliquas in sui amorẽ alliciant;  
quodque magis sceleratum est ac nefandum,  
in hac rem aliquando nõ verentur, etiã illis

Ca. 11.

Cantici Canticorum sacris verbis, ad sanctif-  
simos inter Christum & castissimam sponsam  
suam amores pertinentibus, ad nefanda desi-  
deria sua complenda nefariè abuti.

De apparatu autem ac vestitu istorum no-  
uorum Clericorum, cum multi cuperent in-  
differenti & planè laico habitu, tam incedere  
passim in publico, quàm sacra in Ecclesia per-  
agere, ne olerent superstitionem; decernit  
tamen Regina, & seuerè mandat, vt in Eccle-  
sijs dum coenam suam Eucharisticam celebrât  
cappa; dum reliquas preces faciunt, superpel-  
licio vtantur; in publicû ne veniant sine pileo  
& toga clericali; Episcopi etiam, vt Rochetâ  
gestent. Et super hac re magna inter fratres i-  
stos orta est quæstio, ac digladiatio, nec acqui-  
euerunt Elizabethæ iudicio, sed miserunt nû-  
tios & literas ad confratres in Gallia, Germa-  
nia, Heluetia & Sabaudia, maximè ad Theo-  
dorum Bezam, & Petrum Martyrem, eorum  
sententiam & consilium requirentes; an ni-  
mirum, licet istud seruitutis iugum, Christi  
iampridè factis libertis subire? Sed quicquid  
isti respondent, consulunt, aut decernunt, Eli-  
zabetha eos qui hanc suam subire legem re-  
cusant, pro suprema sua Pôtificia autoritate,  
ordine & beneficijs priuat; cum ad nullas ex-  
teras synagogas quantumcunque reformatas,  
ab Ecclesiæ Anglicanæ supremo capite per-  
missa prouocatio.

*De vestitu  
nouorum  
clericorum,*

*Magna  
questio.*

Hæc autem, multa que alia, ex moribus &  
ceremonijs antiquis, politicorum suorum  
suasu, contra huius noui cleri voluntatem E-  
lizabetha, retinuit partim ad gloriâ & splen-  
dorem

*Quare Eli-  
zabetha spe-  
ciem aliquã  
antiqui  
cultus reti-  
nere voluit,*



dorem externum istius nouæ suæ ecclesiæ partim vt suos & exteros in eam opinionem induceret, quòd non longè abesset, aut discesserit, à fide Catholica: in qua re ita se semper subdolè gessit apud amatores, procos consideratos, seu domesticos, seu externos (quos plerumque Catholicos esse nouerat) vt ipsi spem daret fore fortassis, vt ad Maiorum fidem aliquando rediret: partim verò & Maxime quia videbat istos sectæ suæ Ministros, specie vitandæ superstitionis, paulatim omnè in Ecclesia & republica, & ordinem, decorem, ciuilitatem, ac ipsam etiam humanitatem exuturos; suamque ipsorum fidem a religione barbara quadam feritate, nisi per Magistratum ciuilem aliqua adhiberetur moderatio, euersuros. Et certè fecit plurimam stabilitatē, firmitatemque hæreseos, quòd non permittebatur res istius noui cleri libertatibus quæ iam dudum hac libertate euangelica abisset in fumum, nisi fuisset hac humana politia iam diu & sustentata, & frænata.

*Qua Elizabetha retinuit & cur.*

*Duo festa Elizabetha celeberrima.*

Diu ergò retinuit organa, cantum, crucem, candelas, cappas: & has quidem ea de causa præcipuè, vt si fortè in aliquam ciuilitatem, aut animi causa ipsa diuerteret, (vt fecit) obuiam illi procederet solenniter uersus clerus his sacris indutus vestibus. Quod etiam ratione parcitum est campanis nempe vt pertransiens Ecclesiam aliquam, earum sonitu exciperetur; sed imprimis ut eorum pulsu celebriora reddantur festa Natiuitatis & inaugurationis suæ: qui dies omnibus alijs Christi vel Sanctorum solennitatibus longè deuotiùs per vniuersum regnū obser-

uantur. Nam & festos dies Protestantes legum præscripto vtcunque tenent, eosdē penè omnes quos antiquitus celebrauit Ecclesia; iniquiores solū in festum sanctissimi Sacramenti & D. Virginis, cuius Assumptionis, Natiuitatis & Conceptionis solennes dies abrogarunt: atque ad maiorem eiusdem sanctissimæ Virginis contemptum, Elizabethæ natalem diem solenissimè celebrant, septimo Septembris, id est in ipso profesto Beatissimæ Deiparæ, cuius Natiuitatem atris literis & minusculis; Elizabethæ verò maiusculis & rubris in Calendario suo notant: quodque est auditu incredibilius, in summo vrbs Londinensis templo (& nescio an alibi) ad complementū diurni officij, quod olim terminabatur antiphona ad diuā Virginem, hodie nonnunquā dicuntur decantari laudes Regiæ Elizabethæ. Ieiuniorū quoq; statuta olim tempora, coguntur Protestantes vtcunque etiam nunc obseruare; licet id valdè illibenter faciant, cum contra scripturas & libertatem Evangelicam talia præscribi clamitent. At Elizabetha vt eorum conscientijs in hac parte consulat, publicè edidit in cuiuslibet Quadragesimæ initio; non religionis, poenitentia, aut deuotionis gratia, sed publici tantum cōmodi causa hoc ipsum mādari: nēpe, vt frequentiore vsu pisciū, habeant piscatores (genus hominū in insula frequēs) vndē victū queritēt, abundetq; magis ad reliqua anni tēpora carnes; & præsertim, in necessariū classis suæ cōmeatū. Cuius rei maxima causa, nō cōtenta sexta feriæ & Sabbati abstinētia ordinaria, instituit

*Inauditum  
impietatis  
genus.*

*De ieiunio  
Anglicano.*

**stituit**

*Cecilianum  
ieiunium.*

stituit quoque Mercurianum ; quod Cecilia-  
num nūc ieiunium vulgus appellat quod pu-  
tetur Guilielmi Cecilij esse inuentum. Atque  
licet hæc ieiunia publica cōtemnētibus mul-  
ta non leuis indicatur, ea tamen paucissimi  
seruant ; & minimè omnium Episcopi, ac re-  
liquus Reginae clerus ; quos multum pudeat  
iuniorum legibus subesse. Et Regina ipsa, cum  
Principibus ac alijs, vbi subest causa, super  
his & similibus decretis suis in scriptis facili-  
ter dispensat ; dispensat etiam Archiepiscopus  
Cantuariensis, aliquot nummis intercedenti-  
bus.

*Elizabetha  
dispensat de  
ieiunio.*

*Elizabetha  
prescribit  
normam in  
fide & cultu  
clero.*

In summa, Regina pro ea quæ illi concessa  
est suprema potestate spiritali, non solum in  
his quæ protestantes adiphora ; id est, indiffe-  
rentia vocant ; sed in omni fide, cultu, & do-  
ctrina, quādā prescribit isti Clero suo normam,  
nec vltra citraque quicquam audire debent.  
Episcopos suos ab officio fungendo cum vult  
suspendit ; ita enim irata in ipsum Archiepi-  
scopum & Primatem Cantuariensem suæ de-  
ctæ & creationis hominem, Edmūdum Grin-  
dallum, quod ipsi in quibusdam ad Ecclesiam  
suæ gubernationem spectantibus non obedire  
erit, animaduertit ; vt illum domi suæ perpe-  
tuò se continere & ab omni Episcopalis ma-  
neris ac iurisdictionis exercitio abstinere iube-  
ferit, ac quatuor illi totius diocesis & pro-  
uinciae Cantuariensis administratores constitu-  
tuerit : dat facultatem concionandi, vel ser-  
modo ordinatis, vel etiam merè laicis, & pro  
arbitrio identidem, quibus vult aufert : & vt  
ostendat in hoc munere merā superioritatem  
suam

suam, aliquando è folio regio alloquitur, & interruptit coram amplissimo auditorio, ecclesiasten suum his ferè verbis: *Domine Doctor vagaris, & effutis multa impertinentia, recipe te ad textum quem nobis exponendum suscepi- sti.* Atque ita domi administratur hoc tempore religio: nam de politia rebusque civilibus aut de Reginae amoribus, quibusque vel domesticis vel exteris sui potiundi spe dederit; qui in cubiculo, qui in curia, qui in concilio pro vicibus dominantur; quam multos Anglos, Scotos, Austriacos, Sueuos, Francosque Principes à primis regni sui primordijs, vsque in hanc diem nuptiarum suarum spe lactauerit; quomodo sæpè ordinibus vnanimi consensu vt aliquem vel è suis vel exteris ad successionem & securitatem in matrimonium acciperet, flagitantibus, obiecto illi virginitatis suæ proposito, vel satisfecerit, vel illuserit; quantumque & hoc genere castitatis, qua reipublicam perdidit & hac Ecclesiastica prælatura, qua Ecclesiam destruxit; non tã Catholicos, quàm suæ sectæ homines offendat; de his inquam, rebus & similibus quia alterius operis & instituti sunt, nihil hîc dicemus.

Illud verò quia ad causam quam tractamus in primis pertinet, taceri non debet; Elizabetham ac suos, constituta vtrunque in Anglia religione ac secta ista, mox animo concepisse, vt hac rerum in Ecclesia & Republica mutatione, è subditis multi grauitè offenderentur: vt Papam haberent rigidissimum censorem; Imperatorè ac maximos Reges Christianos auersos; tandemque à toto orbe fide

& com;

*Elizabetha  
verba ad cõ-  
cionatorem.*

*Elizabetha  
instituta.*

*Elizabetha  
consilium de  
perturban-  
dis vicinis  
Regnis.*

& communione distracti, nec à suis tuti, nec vicinis diu viderentur sibi securi; ac suis proindè rationibus nullo modo bene consulendi, nisi in similem calamitatem Provincia adiunctas, & maxime Galliam, Scotiam, Flandriam quàm citissimè pertraherent, Catholicosque Principes omnes, sita rebus ac rebus suis seruandis intentos facerent, aliena curadi parum otij vt haberent.

*Elizabetha  
fœdus inijt  
cum omniū  
Regum res  
bellibus.*

*Impia flagi-  
tia Eliza-  
betha ac  
suorum.*

Continuò, ergo, vel palam ruptis, vel simulariè tantum seruatis, omnibus tam veteribus quàm recentibus cū maximis orbis Christiani Monarchis fœderibus, inierunt ad summū gētis nostræ dedecus & suā æternam infamiam, confœderationes cum omnium Regum rebellibus, patriæ suæ proditoribus orbisque pestibus: in Scotia contra serenissimam Reginam Mariam, cum Iacobo Spurio, Morton ac alijs: in Gallia, contra omnes tres fratres optimos ac Christianissimos Reges, cum Admirallio Mongombrio & similibus sceleratissimis tyrānis: in Flandria, cum flagello Deperditissimo Auraico eiusque sequacibus, contra potentissimum iustissimumque Philippum & vt vno verbo vniuersa comprehendā, præter immissum in horum principum ditionem militem depopulatos fines, interceptas vrberaptas pecunias, pyraticas denique deprestationes immensas, & vndique ad defectionem sollicitatos subditos: istius barbaræ religionis peste, perdiderunt primum, totam vicinam Scotiam eiusque principem in has quas nunc eam pati cernimus indignissimas miseras calamitates adduxerunt: infecerunt innume-

ras in florentissimis Gallijs animas, Regesque adhuc ætate immaturos, in extrema impulerunt pericula: corruerunt postremò Belgiū penè vniuersum: omniumque gentium seditiosis hæreticis ad commune Ecclesiæ incendium amplificandum, se socios, antesignanos ac patronos dederunt; vt & aliorū Principum ac prouinciarum infœlicitate essent ipsi domi fœlices, & hæreticæ suæ infectionis tam latè propagato veneno, diutius in sua secta permanerent securi. Et sanè tam infinita veneni sui spargendi, & Catholicorum principum sanctissimos conatus impediendi cupiditate flagrarunt; vt etiam Turcarū ac Moscovitarum potentissimos monarchas, contra catholicam pacem & religionis Christianæ progressus, sæpè postea & literis & nuncijs excitarint.

Cum hoc modo Britannia tota periret, laboraret Gallia, ac nationes septentrionales omnes periclitarentur, Pius quartus Pontifex maximus, tanto malo consuetum Ecclesiæ remedium allaturus, magno studio sæpè antea impeditum œcumenicum Concilium Tridentinum, omnium penè Christianorum Principum consensu, iterū cogi curauit. Atque nuncium interim suum, qui per inferiorem Germaniam Angliam versus progredere, mox misit, vt Elizabetham erroris admoneret, & ne propter odium Pontificis, se regnumque nobilissimum perderet, suaderet; ac si quidem esset, de quo sibi propter incertos narrantes ab Ecclesia vel Pontifice, quo ad ius regnandi metueret, sedis Apostolicæ benignitate facile

*Pontificis  
ad Elizabetham  
Nuncij.*

facile transigi posse diceret. Sed nuncium nec  
audire voluit, nec illi in insulam traiectionem  
vllomodo permisit.

*Angli ad  
concilium  
inuiantur.*

Alterum paulò post Pontifex quoque, si  
quid intentatum relinqueret, legauit, qui Re-  
ginam, vt ex suis saltem aliquos ad Concilium  
mitteret, qui cum Catholicis conferrent, om-  
ni illis & securitate, & disputandi libertate  
promissa, hortaretur; sed ipsum superbe re-  
iecit: & Pseudoepiscopi conscij imbecillita-  
tis & ignorantia suæ, diligentissimè apud Re-  
ginam, ne ad Synodum suorum quisquam  
mandaretur, egerunt.

*Ferdinandi  
Imp. litera  
ad Elizabe-  
tham.*

Scripserunt quoque hoc tempore, ad Eli-  
zabetham, tum alij Catholicissimi Reges, tum  
maximè Ferdinandus Cæsar, quorum literarum  
primis amantissimis eam verbis admonuit.  
Principum omnium Christianorum, ac ma-  
iorum etiam suorum in fide ac religione con-  
sortium desereret; ne suum, ac nouorum quo-  
rundam hominum non aded multorum, nec  
doctorum iudicium, totius Ecclesiæ senten-  
tiæ anteferet: aut si certum esset in illa, quam  
sibi selegerat, secta persistere velle, nec quic-  
quam vel summi pastoris ac generalis Conci-  
lij iudicio, vel sociorum Regum Christiano-  
rum exemplo permoueri; id saltem pro natu-  
ræ suæ bonitate ac clementia concederet; si  
quidquam in illos, doctrina ac pietate exce-  
lentes Episcopos Catholicos, quos vincos  
tenebat, grauius statueret, sed potiùs liberos  
redderet; cum nec in Maiestatem suam, nec  
in Rempublicam commississent quidquam;  
sed de auita omniumque gentium fide & cõ-  
muniõne

munione, in qua & nos (inquit Cæsar) sumus, tantum accusentur. Denique obnixè etiam postulat, vt ipsis cæterisque Catholicis, aliquot in Regno suo Ecclesias concederet, vbi sacros conuentus, ac cæteros ritus Catholico modo peragerent. Sed neque hoc modo, nedum Hieronymi Osorij ac aliorum tam exterrorum quàm suorum, plenis sincerissimi Concilij & Christianissimæ doctrinæ libris ac literis, aliquid impetratum est, imò res Anglicanæ indies in peius labebantur.

In concilio verò Tridentino deliberatum est de Elizabetha, propter hanc intolerabilem contumaciam, hæretica declaranda, quæ erat iure ipso excommunicata. Sed ne id rùm fieret, idem Ferdinandus Cæsar, cuius filium illa in summam & certam spem coniugij sui adduxerat, à Patribus impetrauit; futurum esse dicens, vt saltem per Catholicum maritum rationibus suis melius consuleret. Sed & Procerum illum sicut cæteros fefellit, & facta est indies obstinatio, ac in Catholicos durior.

Atque hoc tempore Serenissima Scotorum Regina Maria, Anglorum hæreticorum fraudulencia, suorumque inaudita impietate vexata, incarcerata, exautorata, marito orbata, deque ipsius sceleratissima nece in crimine per calumniam vocata, de fuga cogitans; cum ad alios Christianos Reges facile trajicere potuisset atque id vt faceret ab optimatibus quibusdam rogaretur; tamen Elizabethæ Anglorum Reginae dulcibus literis, nuncijs, muneribus, in Angliam inuitata, præsidio etiam militum quo in regnum restitueretur promisso,

*Deliberatur de Elizabetha excommunicanda.*

*Regina Scotia in Angliam aduentus. An. 1567.*





non adhuc satis edocta nullam fidem humanam habens, qui Christi fidei deseruissent, habere esse, contra suorum voluntatem in Angliam ad alios carceres aliamque militum custodiam se recepit. Traditur autem non ita multo post ingressum, nobilissimo Comiti Salopensi seruanda, apud quem, propter constantem Catholicæ fidei confessionem, durius semper tractata est, sed maximè postremis diebus alijs custodibus difficilioribus consignata, varijs & indignis modis agitata, ac calumnijs indignissimis impetita, vitam parùm vitalem ducit. Cui cum Princeps sit, nec legibus Rebellium Anglicanis obnoxia, tamen (quod Principibus exteris, Regumque omnium Oratoribus perimititur) ut auito more Deum colat, Sacerdotemque habent qui sacrum faciat, & Sacramenta administret, nullo modo conceditur; qua re magis quam exilio aut carcere affligitur: vbi & illud permirum ac plane barbarum existit, quod, Regina cum sit, & omnium mortalium Elizabethæ sanguine communitissima, atque ab illa in Angliam ita ut commemorauimus, inuitata; nunquam tamen, licet id obnixissimè sæpè postulauerit, vel in colloquium, vel in conspectum ipsius venire licet decem & septem annis sit permissa.

Sed ad res nostras veniamus. Non ergo multo post Mariæ aduentum, multi ex nobilitate, hæreseos ac status præsentis pertaxati, præsertim in Septentrionalibus regni partibus, arma ad sui defensionem contra hæreticos & homines novos, qui Elizabetham in istam adduxerunt insaniam, sumpserunt. Quorum præmi fuerunt antiqua nobilitate clarissimi pro-

*Elizabetha  
erga Scotia  
Reginā in-  
humanitas.*

*Catholici  
sumunt ar-  
ma pro reli-  
gione in  
Anglia.  
An. 1569.*

ceres, Thomas Northūbria, & Carolus V Vest,  
Merlandiæ Comites, eisq̄ se adiunxerūt ex  
inferiori nobilitate equites aurati aliq̄ue nō  
pauci: Sed reliquis Catholicis, propterea  
quod adhuc per Papā nō erat publicē contra  
Reginam lata excommunicationis sententia  
nec ab eius ipsi absoluti viderentur obediē-  
tia, se non adiungentibus, facilē Regijs copijs  
in vicinam Scotiam fugati sunt. Vbi postea  
Northumbrius proditus & venditus hostibus  
in Angliam redactus (vita si vellet religio-  
nis sentētiā mutare oblata) claro martyrio  
Eboraci dies suos (eius alteriusq̄e Comitiss  
asseclis vndiq; ad suppliciū cōquisitis) foeli-  
citer in Dño finiuit. Cum hoc modo varij Ca-  
tholicorū conatus frustrati essent, timereutq;  
prudētiōres, nē hoc in nos diuinæ vltionis &  
tenebrarum tempus tam diuturnum foret, vt  
quos Anglia nunc domi vel foris viros verē  
orthodoxos habet, vel consumeret ætas, vel  
vinculorum, ac carcerem squalor, vel fre-  
quentia multorum martyria exilijq̄ue longi-  
oris miserix conficerent; huic malo, nec ali-  
ud commodiūs remedium adferri, nec aliter  
posteritate meliūs consultum iri iudicarunt,  
quā si ratio aliqua iniretur, vnde vete-  
ribus fidei cultoribus ac defensoribus extin-  
ctis, nouum cleri semen ac supplementum  
continuo pullularet: ita enim futurum con-  
fidebant, vt nec temporis diuturnitate, nec  
prolixo & violento Hæreticorum dominatu  
deficerent in agro dominico operari, neq;  
abominatio istius desolationis duraret vsq; in  
finem. Neque enim dubitarunt, modò non des-  
sēns

Comitis  
Northūbria  
martyrius.

Quare cogi-  
tatum de  
Seminarijs  
instituentis

essent sibi Catholici, quin aliquando, citius  
vel serius, religionis restituendæ opportunitas  
à Deo ipsis daretur tempus; cum nulla vni  
Hæreticorū secta vel hominibus placere  
vel sine mutatione vllibi firmiter persistere  
vel ad posteros integrè deriuari queat. Quæ  
vel illa vna Arrianorum latissimè patens in  
resis planè conuicit; quæ licet orbem vniuersum  
sum aliquot centenis annis miserè vexauerit  
tamen ita mutauit loca, tam multa dedidit  
Catholicis ad se colligendos lucida interval  
(quod & nobis diuina misericordia foeliciter  
mè per interpolatam hæresim Mariæ tempo  
ribus accidit) proque vario Imperatorum ac  
Principum, vel pro secta vel contra illam  
odio, & pro cuiusque siue ad clementiam, siue  
ad crudelitatem naturali propensione, sacer  
dotibus Dei, nunc pacè & tranquillitate con  
cessit, nunc turbulentissimas in eos tempe  
stes excitauit.

*Initium  
Seminarij  
Belgici An  
glorum.  
Anno 1569.*

Hac ergò de causa & hoc consilio speran  
tes misericordissimum dominum DEVM  
Patrum nostrorum, in perpetuum genitorem  
nostræ non irasciturum, ex studiosorum  
patria pulso reliquijs nonnulli Duaci in  
Belgio, sub regimine D. Gulielmi Alamici  
istic tunc S. Theologiæ Professoris regij, in dis  
ciplinam collegialem (exilium, vitam, & in  
dia ipsorum protegète, & fouente Hispaniæ  
optimo maximoq; rege Philippo) coierunt; qui  
paulatim in numerolum creuerunt collegium,  
quòd primum bonorum maximè eleemosyna  
nis, postea incredibili sedis Apostolicæ bene  
ficientia sustentatum, plurimos peperit opti  
mos

mè institutos sacerdotes; qui ad Catholicæ fidei restitutionem in patriam certis laboribus mitterentur, & vicissim ex patria, ingenij excellentioris quousque vt orthodoxam capesserent fidem aduenientes, recepit. Vndè paulò post magna animorum mutatio, ac religionis in Anglia mira incrementa secuta sunt; factumq; est hoc collegium ita hæreticis odiosum, vt populo Belgico tumultuante, facile illud Duaco eijci curarint. Sed postea Deo ita disponente, & Rege Christianissimo permitte, Rhemos migravit, vbi hodie foeliciter amplificatū varijs in Ecclesiam studijs ac officijs claret. Cui postea ad vberiores, in patria fructus faciendos, sanctissimæ memoriæ Pontifex Gregorius XIII. Domino Audoeno Ludouico, Referendario Apostolico, pietate & prudentia præstantissimo viro, id in primis satagente, aliud insigne collegium Romæ in antiquo nationis nostræ hospitali, amplissimis donatum redditibus, & Patrum Societatis nominis Iesu regimini & institutioni traditum, adiunxit. Quæ duo Seminaria dederunt his annis supra trecentos in Messem Anglicanam Presbyteros qui agrum ibi dominicum sacro etiam sanguine rigarunt.

*Initium Collegij Anglorum Romæ. Anno 1579.*

In quo genere illud est planè stupendum, & non nisi digito Dei tribuendum, quòd hoc tempore, cum ad sacrum Presbyterium ne in Catholicis quidem Prouincijs, nisi emolumentum & honoris causa à multis adeò festinetur; ab istis tamen (in quibus sunt nocilium filij, & peomogeniti non pauci) sine omni spe præmij, imò cum dispendio hæreditatis paternæ

*Notandum.*

Z 3 cum

cum certa expectatione ignominia, periculo  
& etiam mortis tanta animi contentione de-  
deretur ac suscipiarur, ut nullius damni ac  
dedecoris metu, nulla parentum aut carnalium  
amicorum dissuasionem, à sancto proposito  
moueri queant.

*Initia Semi-  
nariorum  
cōtempna ab  
hereticis.*

Ac parua quidem illius Duacensis Semina-  
rij initia, Elizabethæ Consiliarij contemp-  
runt. Iudicabant enim (quod & sæpè profectum  
sunt) fore, ut ipsi qui in illo Collegio in-  
tuerentur, aut etiam presbyteri fieret, vel ne-  
cessitatis vel emolumenti causa, in patriam  
dem redirent, beneficia acceptarent, Eccle-  
siæque Anglicanis secundum Regni leges &  
leges inseruieret. Aut si fortè quidam obliuio-  
siores id facere nollent, tamè nihil posse paucos  
pauperes ac extorres (hoc enim erat indicium  
mundi) contra nouam suam Ecclesiam tanta  
principis potentia tot seueris legibus, tanta  
Ministorum suorum diligentia, tamque ex-  
actis vndique præsijs munitam atque iustitiam  
tam proficere. Sed cum post nò multos annos  
animaduertissent passim ex Scholis, Gymnasijs  
& Academijs suis, adolescentes plurimos  
eosque ingenij excellentiores, ad Collegia tra-  
marina traiecisse, identidemque istinc in patriam  
cōtinuò Sacerdotes remitti, qui subditos ver-  
bo, scriptione, exemplo, Sacramentorumque in-  
creta administratione, ad Catholicam Ecclesiam  
reconciliationem, à schismate ac sacrilegis he-  
reticorum officijs (quibus plerique tum in An-  
glia, alioquin corde orthodoxi viri, metu le-  
gum se contaminauerant) auerteret; vidissetque  
ex hoc commercio spirituali, magnam infini-  
tis ani-

ris animis Catholicæ fidei impressionem esse factam; iamque rura, vrbes, Academias, Principum ædes, ipsamque etiam Aulam plenam esse nouis Catholicis: tunc & se deceptos doluerunt, & sæuis edictis, ac quibus doterant alijs humanis consilijs ac terroribus, huic operi, quod à Deo factum interpretamur se opposuerunt.

Regebat, eo tempore quo primùm illud Seminarium institutum est Catholicam Christi Ecclesiã, pius V. aliter planè Phinees; qui hæreticos, Turcas, reliquosque infideles utroque gladio, zelo summo Sacerdote dignissimo, diligentissimo persecutus est. Is primus quod sciam, non solùm illius collegij alumnis sed alijs quoque doctissimis Sacerdotibus potestatem fecit eundi in Angliam, varijsque facultatibus spiritualibus ad tã pium opus promouendum necessarijs, per breue suum Apostolicum eos impertivit iussitque ad tollendũ schisma cæteris præesse Alanum. Dumq; hæc fiunt, eodem fortitudinis spiritu, quo sanctissimum contra immanissimum Christi hostem Turcam foedus confecerat, bellumque gloriosissimum contra eundem cum Catholico Rege & alijs statibus susceperat; in Elizabetham ut orbis Christiani & vnitatis Ecclesiasticæ perturbatricem, suorum in eo decessorum exempla secutus excommunicationis ac dispersionis sententiam tulit: cuius formam, tam ad nostræ gentis, quàm aliarum nationum institutionẽ hoc ipso loco subiungendam existimauimus.

*Pij V. Põrificis acta pro Anglia.*

*Excõmunicatio Elizabethæ per Pium V. Anno 1570.*



S. D. N. Pij Papæ V. Sententia declaratoria contra Elizabeth. protestantem Angliæ Reginam, & adherentes hæreticos. Quæ etiam declarantur absoluti omnes subditi à iuramento fidelitatis, & quocunque alio debito; & deinceps obedientes Anathemate illo laqueantur.

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Potestas  
Petri.

**R**egnans in excelsis, cui data est omnis in celo, & in terra potestas, & vnâ sanctam Catholicam & apostolicam Ecclesiam, extra quam nulla est salus, vni soli in terra videlicet Apostolorum Principi Petro Petri, & successori Romano Pontifici, in potestatis plenitudine tradidit gubernandam. Hunc vnum se per omnes gentes, & omnia regna Principem constituit, qui euellat, destruat, dissipet, dissipet, plantet & adificet: vt fidelem populum m-

tuae charitatis nexu constrictum, in unitate spiritus contineat, saluumq; & incolumem suo exhibeat saluatori. Quo quidem in munere obeundo, nos ad praedicta Ecclesiae gubernacula Dei benignitate vocati, nullum laborem intermittimus, omni opera contendentes, ut ipsa unitas & Catholica Religio (quam illius autor ad probandam suorum fidem, & correctionem nostram, tantis procellis conflictare permisit) integra conservetur.

Sed impiorum numerus tantum potentia inualuit, ut nullus iam in orbe locus sit relictus, quem illi pessimis doctrinis corrumpere non tentarint, admitente inter ceteros, flagitiorum serua Elizabetha praetensa Angliae Regina, ad quam velati ad asylum, omnium infestissimi profugium inuenerunt. Hae eadem regno occupato, supremi Ecclesiae capitis locum in omni Anglia, eiusq; praecipuam autoritatem atque iurisdictionem monstrose sibi usurpans, regnum ipsum iam tum ad fidem Catholicam & bonam frugem reductum, rursus in miserum exitium reuocauit. Vsu namq; verae religionis quam ab illius desertore Henrico VIII. olim euersam, clara memoriae Maria Regina legitima, huius sedis praesidio reparauerat, potenti manu inhibito, secutisq; & amplexis haereticorum erroribus, regium Consilium ex Anglica nobilitate confectum diremit, illudq; obscuris hominibus haereticis compleuit; Catholicae fidei cultores oppressit; improbos concionatores, atque impietatum ministros reposuit. Missae sacrificium, Preces, Ieiunia, ciborum delectum, Coelibatum; Ritusq; Catholicos aboleuit: libros manifestam haeresim continentes, to-

Elizabetha  
flagitia.



*Necessitas  
Pontificem  
ad iudicium  
impellens.*

totoregno proponi; impia mysteria, & instituta ad Caluini prescriptum à se suscepta & obseruata, etiam à subditis seruari mandauit: Episcopos, Ecclesiarum Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos, suis Ecclesiis & beneficijs eijere, ac de illis, & alijs rebus Ecclesiasticis, in hereticos homines disponere, deq; Ecclesia catholica decernere ausa, Pralatus, clero, & populo, ne Romanam Ecclesiam agnoscerent, neue eius preceptis sanctionibusq; Canonicis obtemperarent, interdixit; plerosq; in nefarias leges suas ventis & Romani Pontificis auctoritatem, atque obedientiam abiurare, seq; solam in temporalibus & spiritualibus dominam agnoscere, iureiurando coegit: pœnas & supplicia eis, qui dicto non essent audientes, imposuit, easdemq; ab ijs, qui in vnitatem fidei & predictam obedientiam perjurauerunt, exegit: Catholicos Antistites & Ecclesiarum Rectores in vincula coniecit; vbi multo duraturno languore & tristitia confecti, extremam vitam miserè finierunt.

Qua omnia cum apud omnes nationes perspicua & notiora sint, & grauissimo quam plurimorum testimonio ita comprobata, vt nullum omnino locum excusationis, defensionis aut tergiversationis relinquatur: Nos multiplicatis alijs atque alijs super alias impietatibus & facinoribus, & præterea fidelium persecutione, religionisq; afflictione, impulsu & opera dictæ Elizabethæ quotidie magis ingravescente; quoniam illius animum ita obfirmatum atque induratum intelligimus, vt non modo præ  
Catho-

Catholicorum Principum, de sanitate & conuer-  
sione preces munitionesq; contempserit, sed ne  
huius quidem sedis ad ipsam hac de causa Nun-  
cios in Angliam traicere permiserit; ad arma  
iustitia contra eam de necessitate conuersi, do-  
lorem lenire non possumus, quod adducamur in  
illum animaduertere, cuius maiores de Repub-  
lica Christiana tantoperè meruere.

Illius itaque autoritate suffulti, qui nos in  
hoc supremo iustitiæ throno, licet tanto oneri *Sententia*  
impares, voluit collocare, de Apostolicæ pote- *declaratio.*  
statis plenitudine, declaramus prædictam Eli-  
zabetham hæreticam, & hæreticorum fautori-  
cem, eique adherentes in prædictis, anathema-  
tis sententiam incurrisse, esseq; à CHRISTI  
corporis vnitæ præcisos: Quin etiam ipsam  
prætenso Regni prædicti iure, nec non omni, &  
quocunque dominio, dignitate, priuilegioq; pri-  
uatam: & item proceres, subditos & populos  
dicti Regni, ac cæteros omnes, qui illi quomodo-  
cunque iurauerunt, à iuramento huiusmodi,  
ac omni prorsus dominij fidelitatis, & obsequij  
debito, perpetuo absolutos, prout nos illos præ-  
sentium autoritate absoluimus & priuamus e-  
andem Elizabeth prætenso iure Regni, alijsq; o-  
mnibus supradictis. Præcipimusq; & interdici-  
mus vniuersis & singulis proceribus, subditis  
populis, & alijs prædictis, ne illi, eiuse moni-  
tis, mandatis, & legibus audeant obedire;  
Qui secus egerint, eos simili anathematis sen-  
tentia innodamus. Quia verò difficile nimis  
esset, presentes quocunque illis opus erit perfer-  
re, volumus, ut earum exempla, Notarij publici  
manu,

manu, & Pralati Ecclesiastici, eiusue curia  
gillo ob signata, eandem illam prorsus fidem in  
iudicio & extra illud vbique gentium faciant,  
quam ipse presentes facerent, si essent exhibitae  
vel ostense. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno  
incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo  
sexagesimo nono, Quinto Kalend. Martij  
Pontificatus nostri anno quinto.

Cz. Glorierius.

H. Cumya.

*Persecutio-  
nes ob Pon-  
tificis sen-  
sentiam.*

*Hæreticorū  
afflictiones  
post excom-  
municatio-  
nem.*

Propter huius Apostolici scripti publica-  
tionem ac defensionem, vnus aut alter mi-  
ri zelo præditi, mox Londini; vbi ipsius Pie-  
doepiscopi palatij valuis affixum fuit, extre-  
mum supplicium læsæ Maiestatis condemnati,  
constanter subierunt; Catholicis ceteris,  
vel quia nō agnoscebāt iuridicè publicatum,  
obseruarentque vicinos Principes ac prouin-  
cias Catholicas, ab assuetis cum illa commu-  
nijs non abstinere: vel quia paulò post, pro-  
mulgatore Pio V. mortuo, non sciebāt à suc-  
cessore suo renouatum ac confirmatum: vel  
saltem (licet priora causerētur) propter ma-  
trem, in ipsius obedientia permanentibus. Hæ-  
retici verò palàm vt puerorum terriculamē-  
ta, ista se prorsus contemnere simulabant. Licet  
reuera, de rei euentu, quem ex omni anti-  
quitatis memoria luctuosum ferè esse cerne-  
bant, vehemēter dubitātes, dicerētur secretò  
Romæ per quosdam magnos viros de sententiæ  
reuocatione plurimum, sed frustra laborasse.

Sicut  
tam S  
vexa  
in Sac  
inuasi  
die n  
Eccle  
augm  
quā  
illud  
hoc i  
fit, q  
lis fa  
pinic  
tifici  
H  
thol  
non  
catis  
enta  
gar;  
than  
patr  
It  
sona  
mort  
tha  
verb  
vel  
illu  
Reg  
natu  
sexu  
den

Sicut enim de Saule legitur, quod post audita Samuelis sententiam, spiritus timoris ac vexationis, furor etiam & incredibile odium in Sacerdotes Dei, perturbatum eius animum inuasit: ita etiam in istis contigit, ut ex illo die nunquam animis quiescere potuerint, quod Ecclesiae Catholicae semper exinde crescentis augmentum, non minori eos molestia affecit, quam Saulem Davidis prosperitas affligebat. Illud autem in primis eos male habuit, quod hoc iudicium non ab alio Pontifice profectum sit, quam ab eo qui omnium bonorum calcantis sanctissimus, in ipsorum Protestantium opinione in optimis multorum seculorum Pontificibus habebatur.

Hac Ecclesia contra ipsam sententia, & Catholicorum nouis incrementis quotidianis non mediocriter offensa Elizabetha, conuocatis ordinibus, leges valde iracundas & cruentas contra veteris fidei cultores promulgat; quibus primum cauetur, *ne quis Elizabetham hereticam, schismaticam, infidelem, usurpatricemue sub poena capitis vocet.*

*Noua leges  
latae in Catholicos.  
An. 1571.*

Item *ne quis aliam quamcunque certam personam nominet cui regnum vel in vita, vel post mortem ipsius debere dicatur, excepta Elizabetha naturali prole*: Ea enim sunt ipsa decreti verba. In eam enim homines vel adulatione vel necessitate ita perduxit haeresis, ut quod illud nobilissimum regnum illegitimae illius Regis sui proli aegre unquam concessit, nunc naturali id est spuriae soboli Reginae in cuius sexu fornicationis peccatum est foedius, non denegarint: pariter & reipublicae ex proximi suc-

mi successoris ignoratione, extremum periculum, & Elizabethæ incontinentiam pro-  
dentes. Deindè qui tùm primùm cœpta sunt,  
per presbyteros & alios personas deuotas in  
regnum inferri ad Catholicorum cōsolatio-  
nē, varia symbola sacra prohibent sub pœni-  
peculatus, id est, proscriptionis bonorum om-  
nium & perpetuorum vinculorum, ne qua  
asserat, acceptet vel gestet vlla sacra munuscu-  
la quæ

3  
Omnia bo-  
nedicta à  
Pontifice  
prohibentur

la quæ Roma ad communionis Ecclesiasticæ restitu-  
tionem mitti solent; qualia sunt, Agnus Dei,  
cruces, imagines, calculi benedicti, aut alia  
quacunque à Pontifice vel ipsius auctore con-  
secrata.

Bullas autem, Breuia Apostolica, instrumē-  
ta, aut scripta cuiuscunque generis Roma de se-  
re, capitale statuitur. Eodemque tempore ut  
Sacerdotum operas salutares impedirent, de-  
cernunt esse crimen læsæ Maiestatis, quæ in  
4 in Sacramento pœnitentiæ ab hereseos, aut schi-  
smatis culpa absoluerent, vel Ecclesia Romana re-  
5 conciliare, aut verò absolui vel reconciliari. Qui-  
bus etiam comitijs, eorum omnium qui propter  
6 religionem in exterarum regiones traiecerant bo-  
na & possessiones ( ne extra regnum haberent,  
vnde se alerent ) regio fisco addicuntur. In  
quas leges cùm multi deuoti Catholici verò  
offenderent, vel saltem calumnia legum irre-  
rit tenerentur; alij carceribus, alij bonorum  
proscriptione, alij etiã morte mulctabantur,  
tàm Sacerdotes quam vtriusque sexus laici  
omnium ordinum.

6  
Exulum  
bona confi-  
scantur.

Atque inter cætera quæ hoc tempore dum  
Catho-

Catholici innocentes rapiuntur passim ad supplicium, acciderunt, istud in ciuitate ac Vniuersitate Oxoniensi memorabile contin- git. Cum enim de quodam Rolando Ginseo, qui pro Catholica religione reus causam di- cturus comparauit, iudicium de præcidendis ei auribus (quod plebeius esset) ferretur; vix sententiam hæreticus iudex pronūciauerat, cum morbus repentinus & extitialis Prætori- um illud vniuersum inuadens, nec alia loca ciuitatis aut homines attingens, ipsos iudices & assessores omnes, Prouinciæ quoque Præ- fectum summum subito corripuit, duodecim- que præterea iuratos ad hoc viros, vt pro con- suetudine, hominem vel reum vel innocen- tem denunciarent, sic occupauit, vt isti statim iudices verò, assessores, & Præfectus prædi- ctus, aliqui nõ post horas multas, reliqui post paucos dies ad vnum omnes interierint, & cū illis eodem morbo, loco, & tempore correper- ti, non minùs quam quingenti varijs extra vr- bem locis paulò post extincti fuerint.

Miracul  
ingens &  
xonij.

Reginæ consiliarij hoc casu verè mirabili attoniti, miserunt mox Lódino quosdam, qui adiunctis sibi Philosophis & medicis illius Academia, disquirerent, vnde ista lues antè inaudita, potuerit aduenire. Sed alijs alia cõ- iicientibus, nec vlla in natura causa rei ad inuenta probabili, id solùm potuerunt tan- dem respondere, magicis artibus rem omnem procuratam esse à Papistis; sicut & ante mul- tos annos, hæretici concionatores dixerunt, cum viderent populum Catholicum turba- tum quòd Londini PAVLINAE Ecclesiæ

Calumniæ  
hæreticorū  
contra mē-  
racula.

Pyra-

pyramis, primo illo sanctissimi corporis Christi profesto, in quo falsa Calvinistarum officia sunt introducta, de celo fulmine tacta coflagraret: quo etiam igne non pyramis tantum, sed & totum amplissimi ferè in orbe templum tectum cum prophana coenæ Calvinicæ mensa incendebatur.

Diuisit hoc tempore in Anglia Deus linguas hæreticorum. Nam præter vnum vel alterum, qui asserebant quendam Ioannem Mloorum tunc viuentem esse Messiam, & præter varia Fratrum amoris, Anabaptistarum & Atheorum, (nam omnes ferè hæreses in atheismum degenerant; & ex multis fidibus, ut quidam dixit, tandem nulla fit fides) nouam etiam rigidorum Calvinistarum sectam, qui Puritani appellatur, scriptis & cõcionibus vulgares Protestantes exagitare cõeperunt, rursusque orum Ecclesiasticos, & Regiam seu Parliamentariam Ecclesiæ gubernandæ formam, de capitibus plusquam centum, ut impiã ac superstitionem redarguentes. Quo hæreticorum (ut fit) bello Catholici indies plures constantioresque in fide sunt facti. Horum furiosorum Calvinistarum, primus in Anglia fautor & patronus, sicut & Catholicorum maximus persecutor est Comes Huntingtoniæ, optimus Cardinalis Poli, pessimus pronepos, qui hæreticorum suæ sectæ opera ex antiquo citius Eboracensis familiæ vnde est oriundus, Lancastrensi reiecta ad regnum aspirat.

Iam verò quia de patrum societatis Iesu excellenti educatione, institutione, doctrina, multiplicique coram Deo & hominibus gra-

*Puritanorum  
noua secta  
in Anglia.*

*Patrum societatis Iesu  
in Angliam  
ingressus.  
Anno. 1580.*

ria, sermo apud Catholicos percrebuerat, multumq; eorum opera ab Anglis desiderata esset: diligentissimè actum effectumque tandem est (interposita quoque Pontificis maximi auctoritate) apud illius ordinis Superiores, ut ipsi quoque ex operarijs suis præstantioribus, præsertim Anglis, in messem Britannicam mitterent. Multi enim iam tum insigni pietate & doctrina viri, hoc exilij sui tempore illi se ordini dedicauerant. Designati ergo primi fuerunt Reuerendi Patres duo, Robertus Personius & Edmundus Campianus; atq; cum his vna, ex utroque Anglorum collegio aptissimi aliquot missi presbyteri, qui iniunctum à Superioribus opus, tanta alacritate, fide & diligentia fecerunt, ut paucissimis mensibus domatim hortando, conciouando, scribendo, sacramentaque ministrando, ex plebe innumeros, ex præcipua nobilitate, variaque cognitione & doctrina clarissimos viros quàm plurimos, Ecclesiæ reconciliarint.

Circa hoc tempus venit in Belgiam à S. Maiestate Catholica missus prouinciæ gubernator, inuictissimus Turcarum & Hæreticorum hostis Ioannes Austriacus; cuius ne, vel æquissimus Regio nomine populo tumultuanti oblati pacis & concordix conditionibus, vel amicorum potentia, ad veterem disciplinam & S. Maiest. obediētiam prouinciæ rebelles rediret, Regina ac sui, qui sospitatē suā in vicinorū malis cōstitutā cernebāt, & Austriacū (scelerū ac iniuriarū suarū in Regem conscij) vehementer formidabant, omnibus modis sate-

*Elizabetha  
serebus Bel-  
gicis immi-  
set.*



gerunt, saltem ne ullam reconciliationem nisi eiectione ex Belgio milite Hispano admitterent deinde, idque in primis ne Hispani recta per Angliæ littora domum navigarent, sed per Italia redirent ad suos. In quæ licet esset consensus ab Austriaco, quia tamen, nec hac pace, nec veterani militis discessu, nostri sibi nisi sunt tuti, quamdiu ille in tam vicinis locis resideret, iterum ad noua contra ipsum molenda, proceres ac populum Belagicum, literarum nuncijs, pollicitationibus instigant. Insidiantur ergo Celsitudinis suæ personæ Belgæ struunt cogitur Bruxellis ad Namurcenses & Luxemburgenses parumper seseedere, vbi collecta militum non magna manu, & caput Namurcensium castro, cum iusto statuum exercitu confregit, eum penè deleuit & varia Brabantia loca cepit. Quibus fortunatissimi Principis noui incrementis iterum tam Belgici quam Anglicani hæretici territi, præter externa ex Anglia, Francia, Germania, Scotia ipsis concessa subsidia & pecunias, submitunt quoque ex Anglia quendam sicarium Egremundum Ratcliffum ex nobilissima quidem natum familia, sed ad talia facinora audacissimum iuuenem, qui Austriacum in castris suis tolleret; sed re varijs indicijs & quorundam ex Anglia literis intercepta, comprehensus est Egremundus & tantam rem totam vel confessus vel alijs modis conuictus, capite vnà cum sororio suo eiusdem coniurationis socio. Namurci plexus est: non tamen subiit mortem superstiti Austriaco, qui non ita multò post causam cognitam hac vita defunctus est; sed sub eius in gubernatione successit.

*Insidiantur  
Angli lo.  
Austriaci  
vita.*

*Edmūdus  
Ratcliffus  
capite plectitur.*

efflore excellentissimo Principe Parmensi; unde postea quorundam error videtur ortus, qui hanc conspirationem contra Parmensem factam fuisse scripserunt, atque istis impijs ac sceleratis molitionibus Rempublicam nostram hac haeresi ab antiqua gloria degenerem suffulcire solent.

Vt videantur tamen metus sui ac talium machinationum, vel contra suos, vel contra externos, qualescunque causas habere, dum haec ipsa aguntur, non modo multorum sermone in vulgus spargi curant; sed autoritate publica promulgant S. Maiestatem tuam tum certissimis nuncijs & literis intellexisse Romae contra regnum & statum suum inter Pontificem, Regem Hispaniae, ac nescio quos alios Italiae Principes, pro restituenda religione foedus initum esse; idque totum sollicitatione profugorum ex Anglia presbyterorum ac Papistarum conflatum esse: se verò eam habere in Domino, in causae aequitate, potentia sua, & subditorum fide confidentiam, ut neminem statuat formidare.

*Calumniarum*

Modus autem quem in hac difficillima provincia obeunda, hi alijque patres ac presbyteri tenuerunt, ex subiectis Campiani verbis, quae ex epistola ad Generalem sui ordinis Praepositum, paulò post ingressum in Angliam scripta, descriptimus, aliqua ex parte intelligi poterit: sic enim loquitur.

*Ex epist. P. Campiani scripta mēse Nouembri. Anno. 1580.*

Londinum attingi: Duxit me bonus Angelus nescientem in eam domum quae patrem antea Robertum acceperat, Accurrunt nobilissimi iuvenes, salutant, vestiunt, ornant, armant, emittunt,



tunt, ex vrbe, partem aliquam regionis obequi-  
to penè quotidie. Ingens omnino mæstis est. Se-  
dens in equo meditor conciunculam, quam in-  
gressus in domum perpolio. Deinde si quime ad-  
eunt colloquor, aut confitentes audio, manè per-  
acto sacro verba facio, sacramenta percipiunt  
frequentissimi. In ijs administrandis, passim in-  
uamur à presbyteris nostratibus doctrina &  
sanctimonia præstantibus; ita fit, vt & populo sa-  
tis fiat, & hæc prouincia minus laboriosa nobis  
reddatur. Diu euadere manus hereticorum nõ  
possumus, tot oculi, tot ora, tot hostium insidia.  
Habitum demeritissimo sum. quem sæpè commuto,  
itemq; nomina. Lego ipse literas in quarum pri-  
ma pagella scribitur, Campianus captus est: hoc  
iam decantatum circumsonat aures meas quo-  
cunque venio, vt mihi timor ipse timorem excu-  
ferit.

Persecutio  
& consola-  
tio.

Dum hæc scribo, immanissima seuit persecu-  
tio: mæsta domus, nam aut mortem suorum præ-  
dicant aut latebras, aut vincula, aut rapinam  
honorum; pergunt tamen animosè, & que solatio  
in hoc negotio miscentur, ea non solum formidi-  
nem pœna, sed & pœnas quaslibet infinita dul-  
cedine compensant. Conscientia pura, robur in-  
uictum, ardor incredibilis, opera insignis, nume-  
rus innumerabilis, summi, medij, infini, omni  
tate & sexu. Hæresis pessimè audit apud omnes,  
nec vllum genus hominum vulgo vilius aut par-  
dius est ipsorum ministris; merito indignamur,  
in tam perditâ causa homines tam indoctos, tam  
sceleratos, tam dissectos, tam abiectos, cultissi-  
mis ingenijs dominari impediore presentissimi  
rumore periculi, ne plura hoc tempore. Hæc Ca-  
pianus.

Contra

Contra hos ergo patrum & sacerdotū conatus, qui videbantur maioris esse periculi, opponunt minacissima primū edicta, quibus omnes Iesuitas, duorumque collegiorum extra marinarum presbyteros ac alumnos omnes, declarant ac decernunt esse reos læsæ Maiestatis, & variarum in Reginam & rempubl. conspirationum autores; ac proinde mandant omnibus parentibus ac tutoribus, ut suos primo quoque tempore in Regnum reuocent: mercatoribus cæterisque omnibus grauiſſima proposita pœna, ne collegijs istis, aut vllis ipsorum alumnis pecunias transmittant; omnibusque in vniuersum, ne quis eos in domos aut ad colloquia admittat, aut quouismodo iuuet. Atque hæc quidem omnia solius Reginae autoritate, facta sunt, quæ postea lege etiam parlamentaria promulgata ac confirmata fuerunt, sicut suo loco commemorabimus. Sed libet ad rei memoriam & detestationem, edicti formam verbatim ex idiomate vulgari latinè exprimere.

*Edicta mi-  
n. 2. 1587. 1600*

AA : EDICTVM



EDICTVM REGINAE  
Angliæ, Idibus Iulij, Anno  
Domini 1580.

AD REVOCANDVM SVAE MAIESTATIS subditos, pretextu quidem studiorum in transmarinis partibus degentes, re autem vera contra diuinas patriasq; Regni Anglicani leges viuentes: item contra eos, qui recipiunt aut retinent Iesuitas & Missificantes presbyteros, seminatores seditionis, & aliarum proditoriarum molitionum.



*Accusatio  
Catholicorum*

Reginæ Excellentissima Maiestas intelligens collegia quædam, & societates sub nomine seminariorum, superioribus hisce annis proximis, ab Episcopo Romano instituta, tam Romæ quam in aliorum Principum ditionibus, maxime ad suæ Maiestatis subditos alendos, eo fine, ut in falsis & erroneis doctrinis instituuntur & nutriantur; vnde plurimi sui subditi, boni aliqui ac fideles, non solum in religione deprauati fuerint, sed abstracti etiam ab ingenua & natiua obseruantia, atque ab officio

ga Ma-

ga Maieſtatem ſuam tanquam principem ac ſupremam dominam ſuam agnoſcendo; inſuper etiam miniſtri facti nequiſſimarum quarundam machinationum, non ſolum ad perturbationem regni huius & cæterarum ſuæ Maieſtatis ditionum; ſed ad inteſtinam etiam rebellionem in patria ipſorum concitandam; his de cauſis ſua Maieſtas, rem valdè conſentaneam & Chriſtiano Principe dignam exiſtimauit, curare diligenter & prouidere, vt ſui ſubditi in vera ac Chriſtiana religione, (quæ merito Dei verbo, non humanis ſomnijs, vaniſque traditionibus nititur) inſtituantur; atque ad eam rem maturè conſequendam, omnibus medijs, eniti atque contendere.

Quapropter omnibus ſuis ſubditis, quotquot habent liberos, pupillos, cognatos, aut alios quoscuque, quorum ſpecialis cura ad ipſos pertinet, aut quibus ſuppeditant ad vitam neceſſaria, in tranſmarinis partibus commorantes, ſæuerè mandat & præcipit; vt poſt decem dies à publicatione huius edicti, non ſolum tradant Epifcopo ſeu ordinario loci in quo habitant, nomina talium ſuorum liberorum, pupillorum, aut cognatorum, quibus aliquid ſubmiſtrarunt, vltra mare tempore dictæ promulgationis exiſtentium, abſque ſpeciali ſuæ Maieſtatis licentia adhuc durante & non expleta: verum etiam efficiant, vt ijdem liberi ſui, & reliqui antea nominati, reuertantur infra ſpacium quatuor menſium à tempore dictæ publicationis huius edicti.

Qua in re illud præterea ſua Maieſt. vult ac iubet, vt parentes & alij ſupra nominati, ſtatim

2.  
Absentes  
nominandi  
& reuocandi.

3.  
Redeuntes  
manifeſtandi



NAE  
nno

MAL  
diorum  
tem ver  
ani leg  
t aut re  
yteros  
um

Maieſta  
dam, &  
eminari  
iſce an  
opo Ro  
mae qua  
ximè ad  
e, vt in  
ur & e  
oni ali  
one de  
b inge  
ficio cr  
ga Ma

tim post reditum suorum liberorum, & ceterorum, qui supra memorantur; illud ipsum significant Episcopo & loci ordinario. Quod si præfati liberi & illi reliqui, post cognitam per parètes & cæteros amicos Maiest. sue voluntatem, non redierint infra tempus prædictum; tùm non licebit alicui ex parentibus aut cæteris personis prædictis, ad eorum sustentationem quidquam suppeditare directè vel indirectè: sed nec alios qui iisdem suppeditauerint cælare, verùm ad Episcopum aut loci ordinarium deferre atque detegere sub poena grauissimæ indignationis Maiest. sue & aliorum præterea suppliciorum, quæ propter hanc in parte cõtemptum iustè ipsis infligi poterunt. Mâdat præterea sua Maiestas & decernit, ne post expletos supra dictos dies, liceat ulli mercatori aut cuius alteri per modum cambij seu permutationis, aut alijs modis quibuscunque cambire, commutare, transmutare, tradere, aut procurare aliquam pecuniam aut aliud quodcunque subsidium, aut sustentationem, vel expensas alicuius aut aliquorum ultra mare degentium, qui iuxta intentionem & propositum huius Edicti prohibetur aliquid subsidij aut sustentationis ex quibuscunque sua Maiestatis ditionibus recipere; sub poena indignationis, & aliorum suppliciorum, quæ pro tali contemptu ipsis infligenda fuerint.

Porrò intelligens sua maiestas plurimos ex suis subditis in dictis Collegijs & Seminarijs transmarinis institutos & educatos, ex quibus aliqui nominantur Iesuitæ, (vt sub specie tam sancti nominis decipiant & circūueniant simplices) eosq; in hoc regnum nuper commigrasse

*Nihil subsidij emittendum.*

*Iesuitæ & sacerdotes prodendi.*

à Papa & de legatis eius, specièlibus cum mādatis directè missos, ea intentione & proposito, vt optimos & amantissimos Maiestatis suæ subditos, nō solūm in fide ac religione corrūpant atq; peruertāt; sed etiam vt eosdem à debita obseruātia & obediētia abducāt, & (quātum in ipsis est) prouocent atque instigent ad molendum aliquid, vnde præses pax & tranquillitas Reipub. (qua multis iam annis per Dei Benignitatem, & suæ Maiestatis prouidā gubernationē hoc regnū fruitur) perturbetur prospiciens sua Maiestas & prouidens hoc ingens malum, quòd per tam nefarios ministros & instrumēta periculosa consequi possit, cuius rei exemplum & experimentum nimis recens iā nunc in regno Hybernię vidimus.) declarat vniuersis & singulis suis subditis, quòd si quisquam eorum aut aliorū quorūcumq; intra suas ditiones cōmorantium, post huius Edicti promulgationem recipiant, sustentēt, foueant, aut subleuent, prædictos Iesuitas, Seminarios, Missificātes Sacerdotes, aut alios quoscunq; prænominatos, qui aut iā uenerunt, aut venturi sūt, seu mittētur in hoc Regnū, aut alias quascūq; ditiones suas: vel si nō detexerint quos nouerint recipere ac hospitio fouere eosdē, aut alios vagabūdos quoscūque, de quibus meritò suspicio esse poterit, quòd tales sint, & tā nefarię conditionis: vel si eiusmodi personas apud se fortè tempore huius dictæ promulgationis aut postea cōmorātes, non statim proximo magistratui seu iustitię præfecto viciniore sistant, vt ab eo tradantur in carcerem; aut alijs publicis magi-

*In fautores  
ac recepte-  
res.*



stratibus, vt ab eis similiter incarcerentur  
 postea examinandi, & pœnas luituri factis su-  
 is condignas, arbitrio suæ Maiestatis; tunc  
 omnes reputabuntur & æstimabuntur sus-  
 tatores, fautores ac patroni eiusmodi rebel-  
 lium & seditiosorum hominum; & pro illo  
 suo contemptu, pœnas recipient tam acerbas,  
 quàm vel per leges huius Regni, vel per suam  
 Maiestatis auctoritatem regiam illis iniungi  
 poterunt. Quod si alius quispiam ex subditis  
 Maiestatis suæ aliquando certo cognouerit  
 les aliquos in hoc, &c. *Conclusio edicti defide-  
 ratur, sed non videtur esse alicuius momenti, et  
 facile colligitur ex subsequenti.*

ALIUD EDICTVM REGI-  
 umquo Iesuitarum & alij Sacerdotum  
 decunciantur perduelles.

**R**eginæ Maiestas excellentissima iam pri-  
 dem intelligens societates quasdam &  
 conuenticula, partim sub nomine seminariorum,  
 partim sub appellatione Iesuitarum, pau-  
 cis ab hinc annis ab Episcopo Romano inhi-  
 tuta esse, tam in vrbe Romana, quàm in alio-  
 rum Principum ditionibus, præcipue verò,  
 & nominatim propter suæ Maiestatis subdi-  
 tos, eosque qui in ipsius regnis & ditionibus  
 nati sunt; eo animo & fine, vt falsis & erro-  
 neis doctrinis informentur. Vnde plurimi  
 suæ Maiestatis subditi, non solum in rebus  
 dei deprauati sunt: sed etiam abstracti ab ag-  
 nitione ingentæ, & natiuæ obseruantia, cere-  
 rorumque officiorum, quæ suæ Maiestati tan-  
 quam

quã Principi naturali ac supremã dominã debentur, & præterea singulari Pontificis, suorumque Delegatorum directione, instrumenta & ministri sunt designati quarundã nequissimarum machinationum, non solum ad concitandos animos rebellium, seditiosorumque hominum, intra ditiones suã maiestatis (quod tamen singulari Dei bonitate suãque maiestatis prouida gubernatione hætenus præcautum est atque prouisum) sed etiam in fraudem, & periculum personã suã Maiestatis.

Hæc ergo intelligens sua Maiestas, præuidensque incommoda, quæ possent per huiusmodi impia, & perfida instrumenta regno huic inferri, edicto quodam suo dato in Palatio Westmonasteriensi 10. Ianuarij, An. 23. fortunatissimi regni sui omnibus subditis intimauit, ut si quispiam eorum, vel quicumque alius intra suã Maiestatis ditiones, post illius edicti publicationem reciperet ædibus suis, defenderet, sustentaret, foueret, aut subleuaret ullum Iesuitam, Seminaristam, missificantem Sacerdotem, aut huiusmodi alios qui accederent, vel mitterentur in hoc regnum aut alias quascunque suã Maiestatis ditiones: aut si non detegeret eos quos nosset recipere, vel hospitio fouere personas prædictas, aut alios eiusmodi vagabundos, vel personatos quoscunque, de quibus meritò suspicio esse potest, quod tales eiusdem farinae sint, & nefariã conditionis vel si eiusmodi personas apud se fortè tempore dictæ promulgationis, vel postea commorantes, non statim sisterent coram proximo magistratu, seu iustitiæ præfecto, seu quocunque

que

que officiali publico, ut ab hoc coram iudice  
sisterentur, examinandi, & penas luiturifa-  
ctis suis condignas, arbitrio suæ Maiestatis.

Edixit (inquam) tunc sua Maiestas, ut qui  
hæc non præstarent, reputarètur, & estimarè-  
tur, sustetatores, fautores, ac patroni eiusmo-  
di rebellium, & seditiosorū hominum, & pro  
hoc suo cōtemptu poenas tam acerbis recipere-  
rent, quàm vel per leges huius regni, vel per  
suæ Maiest. auctoritatē regiā, illis infligi pos-  
sent. A quo tēpore aliquot exempla edita sunt  
condignæ punitionis, tūm eorum, qui per cō-  
temptum violarunt suæ Maiestatis expressum  
mandatum atque edictum hac de re promul-  
gatum, tūm prædictorum perduellium, no-  
minatim autem Edmundi Campiani Iesuitæ,  
Radolphi Scheruini, & Alexandri Brianti Sa-  
cerdotum seminaristarū, qui dum secreto &  
ementito habitu regnum peragrarent, depre-  
hēsi tandē, iustè, legitimè, publicè & ordinatè  
accusati, cōuicti, cōdemnati, & neci dati sunt,  
ob diuersa perduellionis crimina, quemad-  
modum etiam eorum complices, ob similia  
crimina iustè sunt capitis damnati.

Cæterum quoniam Maiestas sua intelligit  
tūm propter malitiam, & pertinaciam quo-  
rundam, tūm propter aliorum affectatam ig-  
norantiam, eos reformationum effectus non  
subsecutos, quos post promulgationem edi-  
cti sui, & exēpla prædicta iustitiæ expectabat  
desiderabatque. Intelligens præterea quos-  
dam maleuolos proditores literis, atque adeo  
libris impressis sparsisse in publicum, prædi-  
ctos proditores, & profligatissimos rebelles,  
sine

sine causa condemnatos & occisos esse: hæc inquam cum sua Maiestas consideraret, suarum partium putabat esse, omnibus suis subditis bonis atque fidelibus, & generatim omnibus alijs, intra suas ditiones degentibus, (ne in fraudem ab huiusmodi impijs falsis, & periculosis proditoribus atque seductoribus inducantur) notum facere, quod suæ Maiestati, suisque consiliarijs manifestè constet, tam per multifarias examinationes, quàm per ipsorum varias literas, & confessiones, & manifestas præterea similium seminariarum & Iesuitarum, à Papa missorum coniurationes, quæ in Hybernia tandem in apertam eruperunt rebellionem, finem atque scopum Iesuitarum, seminaristarum, & similium sacerdotum, in hoc regnum & cæteras suæ Maiestatis ditiones missorum, aut imposterum mittendorum ex partibus transmarinis non solum esse ad præparandum animos quorundam suæ Maiestatis subditorum, ex se propensos ad inobedientiam (quò aptiores sint ad obtemperandam externis principibus volentibus inuadere regnū) & ad excitandū populum ad rebellionē, sed etiā (quod maximè periculosum est) ad priuandū Maiest. suā diademate, dignitate, atq; adeò vita ipsa, cuius prouida gubernatione diuino auxilio fauēte, hæc regna foeliciter, & diutissimè floruerunt, sūmæ rerū omnium abundantia, pace, atq; securitate.

Præuidens etiā magna incōmoda quæ possint vniuerso huic regno, cæterisque suæ Maiestatis ditionibus accidere, si hæc cōiurationes, earūque auctores seuerè nō prohibeātur, puniāturque

turque ne vllis post hanc promulgationem relinquantur locus excusationis, prætextu allicuius ignorantie, Maiestas sua Admonet omnes suos fideles, atque amantes subditos, ceterosque qui in suis ditionibus agunt, quatenus prædictos Iesuitas, seminaristas, & sacerdotes qui in has suas ditiones occultè ad modum iam dictum accedunt, habeant, & existiment ob causas antedictas, vt proditores suæ Maiestatis coronæ, & regni. Decernit præterea eos omnes, qui huiusmodi Iesuitam, seminaristam, aut sacerdotem, post publicationem huius edicti scientes & prudentes recipient, adiuuabunt, consolabuntur, fouebunt, aut subleuabunt, tractandos, puniendosque vt eorum tractari, atque puniri conuenit, qui sua sponte sunt adiutores, confirmatores, fautores, & defensores perduellium & reorum criminis læsæ Maiestatis: eosque qui scientes aut prudentes hubuerint huiusmodi Iesuitam, seminaristam, aut sacerdotem in domo sua aut cõtubernio tempore huius promulgationis, aut postea, & non statim dederint operam quam poterunt diligentissimam, vt adducantur, ad magistratum proximum seu iustitiæ præfectum, vel ad alium publicum officialem, in carceres conijciendi, responsuri & pœnas luituri condignas factis, secundum leges suæ Maiest. qui inquam hoc non præstiterint, reputandos, existimandos, & tractandos, vt defensores, ac adiutores proditorum; quique sciens, & prudens huiusmodi Iesuitam, Seminaristam, vel Sacerdotem, aut vllas eorum machinationes antedictas celabit, æstimabitur

tur & tractabitur, vt reus lætæ Maiestatis.

Vult præterea, & mandat sua Maiestas, ne quispiam subditorum suorum, aliorumue, qui ei obedientiam præstare tenentur, permittat liberos suos, aut quemuis alium ipsorum curæ aut gubernationi subiectum (exceptis nauantibus, legitimisque mercatoribus, & alijs eiusmodi hominibus, qui citra fraudem, erunt agentes, & factores, & ministri legitimorum mercatorum, in negociationibus suis transmarinis) ex regno hoc exire sine speciali suæ Maiestatis licentia prius obtenta, sub pœna indignationis, grauiorisque animaduersionis huiusmodi transgressoribus, & contemptoribus secundum legum præscripta infligendæ. Vult præterea, & mādāt quatenus illi sui sudditi, qui impresentiarum viuunt, in ijsdem seminarijs & societatibus erectis in regionibus transmarinis; & domum non reuertentur intra spacium trium mensium post huius edicti promulgationem, illi etiam qui post hanc promulgationem sint ad illas partes migraturi, & inter illos numerabuntur, qui degunt in prædictis seminarijs & societatibus, ipso facto habeantur, æstimentur, & reputentur proditores suæ maiestatis, coronæ, & regni, vtique omnes illorum defensores, adiutores, fautores, & confortatores, similiter æstimentur, habeantur, & tractentur vt defensores, adiutores, fautores, & confirmatores proditorum, & perduellium. Datum primo die Aprilis, Anno 23. regni nostri.

His edictis & varijs contra summum Pontificem, Societatis ac Collegiorum Presbyteros

ros

ros & alumnos, calumnijs, ad exemplum factorum Patrum Iustini, Athanasij & aliorum, Apologiam Gulielmus Alanus opposuit: in qua, ea qua decuit modestia, Pontificis in collegijs instituendis & alendis sanctissimum propositum; Societatis, Seminariorum, ac presbyterorum, in patriam & Ecclesiam innocentissimos ac summè salutare conatus; totamque Catholicorum causam, tam clarè probavit ac defendit, ut nec aduersarij vlla vnquam ratione aut probabilitate videantur responsuri, nec Catholici presbyteri, nec ipsorum in Anglia fidelissimi hospites, his lauishimis decretis quicquam ab officio retardentur.

*Noua iterum  
leges in Catholicos.*

*An. 1582.*

1.

3.

2.

*Ingens persecutorum  
ferocia.*

Et quia iam videbant templa & conuenticula hæreticorum multis locis penè deserta, Ordinibus iterum conuocatis, nouam promulgant legem, qua mulctant vtriusque sexus singulos (modò annum decimum sextum ætatis attigerint) qui recusant adire Protestantium preces conciones ac Ecclesias, viginti libris Anglicanis mensuris; id est, aurei ferè septuaginta; qua immani exactione membrum in modum expilarunt postea Catholicos. Decernunt præterea in hoc conuentu crimine esse læsæ Maiestatis quèquam ab ea religione quam nunc in Anglia sectantur, quouis modo dissuadere aut auocare. Missam verò facientibus vel audientibus pœnam & mulctam in primo regni Elizabethæ anno constitutam duplicant; quæ omnia Catholici constantissimè pro christo tulerunt. Interim ut hæc cruenta decreta executioni mandentur, immit-

erunt in nobilium aliorumque orthodoxorum  
 zedes, varios lictores & exploratores, qui Sa-  
 cerdotes ipsorumque hospites ac fautores ad  
 carceres raptent grauiſſimis equulei tormen-  
 tis exerceant, bonis ſpolient, ac morte etiam *Noni carceres*  
 aliquoties afficiant; magnis propositis præ- *res conſtrui-*  
 mijs, ſclerumque condonatione improbiſ- *untur.*  
 ſimis hominibus conceſſa, vt Ieſuitas ac Pres-  
 byteros prodant ac comprehendant. Tot ergo  
 omnium ordinum in vincula conijciuntur, vt *Antiqui*  
 veteribus carceribus omnes non capientibus, *Confefſores*  
 novos varijs locis inſtituant; vtque Londini *extincti.*  
 deur locus recens comprehenſis Presbyteris  
 alijsque Catholicis, venerandi ſenes Episco-  
 pus Lincolnienſis, Abbas Veſtmonaſterien-  
 ſis, alijsque antiquiores Confefſores, in Iſbi-  
 cenſem peſtilentem carcerem, in paludibus  
 Elienſibus ſitam relegantur, vnde facile po-  
 ſtea extincti ſunt.

Sed ad diſtinctam magis & particularem  
 nonnullarum rerum notitiam, quæ hoc ipſo  
 tempore & poſtea in Angliã gerebantur, & vt  
 aliæ nationes eadem hæreſis calamitate affli-  
 ctæ, perſpiciant quibus modis ac rationibus  
 Anglorum ſacerdotes in hoc difficillimo o-  
 pere, Dei manu excitati & directi fuerint, nõ  
 erit alienum, nonnulla hic apponere excepta  
 è literis, quas ſacer dos quidã ex Angliã, poſt-  
 quã annum in ea vinea laborauerat, cū ad ali-  
 os, tum ad reuerendum virum Alphoſum A-  
 gazariũ, Anglicano collegio Romæ præſidẽ-  
 tẽ plurimumque pro hac ipſa cauſa laborãtem,

*Alphoſus*  
*Agazariũs*

Bb

ſcriptis



scripsit mense Iulio, anno Domini 1582. quibus vniuersum ferè rerum seriem, quæ illi anno contingere his verbis complectitur.

Litera ex Anglia pro Anno 1582.

Cùm hominem certum ac fidelem nactus qui recta ad vos profecturum se dicat, per eum breuiter earundem capita, quæ alijs litteris ad vos perscripsi; ne illæ fortè difficillimis litteris poribus, ad manus vestras peruenire non poterint.

Sermones de patribus Societatis.

Vniuersa (vt ita loquar) mercatura vestra bene habet; vt enim non desunt contemptores multi, impugnatōres etiam plurimi; ita reperuntur emptores non pauci, admiratores multos plures. Ingens hic sermo de Iesuitis est, de quibus plures fortasse fabula feruntur, quam omnium monstris. De origine enim horum hominum, & genere vita & instituto, de moribus ac doctrina, de consilijs & actionibus, varia simul & contraria, & somniorum simillima, non priuatis tantum colloquijs, sed etiam publicis concionibus &brisq; impressis diuulgantur: quorum illud tantum caput est, quod tam ipsi quam ceteri omnes sacerdotes, nisi dicantur à summo Pontifice, exploratores statuum, rerumq; publicarum preditores ac euersores. Horum duo nominata præcipui, Campianus & Personius; quorum Londini consistere post nonnullas regni partibus gratas prouincias; ille verò per agros adhuc discurrere dicitur. vnde his vltimis comitis ad ratore quodam dictus est alter, lupus latitans alter verò circumuolitans & liberè vagans leuita. Occupatissimus vterq; dicitur. Concionatur ferè quotidie summo mane, deinde scribitur.

Campianus Personius.

post prandium ferè loca commutant, in equo meditantur quod die postero concionentur; à cœna confessiones accipiunt vel casus quos vocant cōscientiæ resolvunt. Atque hæc ferè tam eorum, quam cæterorum etiam sacerdotum quorum hic copia non exigua est, vitæ ratio narratur.

Magnus sit omnium ordinum, præcipuè verò iuuenum nobilium ad eos concursus, non tantum ut doctrina Catholica imbuantur, sed etiam ut eos de via concomitentur & defendant, operibusq; iuvent, omnibusq; officiis præstò sint. Vidimus cum Campiano in itinere aliquos, sed plures his diebus Londini cum Personio: quorum maxime assiduus est Georgius ille Gilbertus de quo alias scripsi, indiuiduus ferè Personij comes, qui cum magnus fuerit his annis superioribus Calvinianæ doctrinæ sectator, nunc eo zelo fidem Catholicam tuetur, ut non minus hæreticis odiosus sit, quam Iesuitæ: quia ipsius maxime sumptibus & auctoritate sustentati fuisse hætenus creduntur. In eum ergo fit maxima inquisitio, & bona eius undique inuaduntur & rapiuntur; & nuper difficillimè persequentium manus euasit; quo factum est, ut inuitus planè superiori hebdomada, à Personio coactus sit regno excedere, ut tempori ad tempus cedat: illum secuturus est statim Carolus Bassetus Thomæ Mori pronepos, pariter cum Georgio nobilitatis, zeli & pietatis iuuenis. Vtrumque Romam venturum existimo. Remanent alij qui causam promoueant tam in aula quàm alibi. Vnus item prælo præst singulari fide ac diligentia, multarum etiam dotum varietate religionisq; zelo præditus, id enim præterea mirabi-

Sacerdotum  
in Anglia  
occupatio-  
nes.

Georgius  
Gilbertus  
Roma po-  
stea mortuus

Carolus  
Bassetus  
mortuus  
postea Rhes-  
mic.

Bb 2 li qua-

li quadam solertia effectum esse dicitur, ut in  
summis rerum difficultatibus, praelum etiam  
impressores habeantur, qui clam in speluncis  
ræq; cauernis libros imprimant, locum sapientum  
& nomina permutantes ne detegantur.

*Libris scri-  
ptis decer-  
tatio.*

Hinc fit ut magna fuerit hoc anno libri scri-  
ptis digladiatio, ne heretici quicquam potuerint  
edere, quod statim ferè non fuerit acerrime re-  
pugnatum. Chiarcus, & Hammerus Caluani  
ministri primo quoque tempore in Campianum  
scripserunt; vniuersum Iesuitarum ordinem  
nominatim Ignatij Loiole vitam, miris modis ex-  
agitantes, sed infra decem deinde dies apparuit  
censura quadam breuis ignoti auctoris, typis im-  
pressa, qua tot mendacia in ministros hos re-  
ferebat, ut tam eos, quam eorum sequaces vehemen-  
tissimè puduerit; hac eadem ministri iterum  
vel tertio, ad disputandi certamen fuerunt pro-  
uocati: quare cum plurimum offenderunt,  
Campianus libellum luculentissimum latine edi-  
dit ad Academicos, quo illius postulati rationes  
reddidit.

*Decem ra-  
tiones. I.*

*Apologia  
D. Alani. I.*

Exierant nonnulla Regina edicta contumeli-  
osissima, in omnes Iesuitas, sacerdotes, Seminari-  
orum alumnos, & in ipsam denique Collegio-  
rum institutionem. Sed his, tanta prudentia,  
moderatione rerumq; pondere, doctissimi viri  
Gulielmi Alani (qui huius vineæ pater merito-  
sime dici potest,) apologia statim statisfecit; et  
ipsi heretici, alioquin offensi, maximis laudibus  
opus ipsum extulerunt; Catholici incrementum  
maximum ex eo caperint. Incurrerat eodem  
pso tempore in librum quendam eiusdem Alani

ante multos annos de Purgatorio scriptum Ful-

Fulcrus.

cus minister, idq, non tam vincendi studio, quam

gloria querenda ex tali aduersario sed hunc in-

D. Bristol

uenliter & ridicule exultantem, repressit citissi-

liber.

me penitusq, fregit, vir grauissimus, & omni eru-

ditionis laude florentissimus Richardus Bristous,

Rhemensis Seminarij studiosorum praefectus.

Coerctur his ipsis diebus regni ordines, & Ca-

Rationes recusantiss.

tholicos de contumacia condemnaturi diceban-

tur, quod Prot. st. intium sacra, iubente Regina,

abire recusarent: exhibitus est ergo in ipsis Co-

mitijs libellus Anglice scriptus, & in Anglia im-

l.

pressus, qui plurimas ac grauissimas huius rei ra-

tionem reddit; quibus nec ipsi aduersarij ( nisi vt

atque vniuersam conscientia rationem Catholi-

cus penitus contemnendas censeant ) refragari

possunt.

De Ioannis Nicolai apostasia & relapsu, qui

Nicolai apostasia.

ex Ministro Caluiniano factus aliquando Collegij

uestri alumnus fuerat, iam antea scripsi. Hic in

castro Londinensi ad captiuos presbyteros qui vi-

ad Ecclesiam pertrahuntur, aliquoties concio-

natus est, praesente maxima aulicorum caterua

ad comediam cohonestandam. Incredibile fere

est, quantis vbique laudibus hic homulus celebre-

tur. Iesuita omnium doctissimos, Pontificis Ali-

nus, Cardinalium Ecclesiastes, Theologus, Philo-

sophus, Graecus, Hebraeus, Chaldaeus, omnium lin-

guarum ac scientiarum peritissimus habetur. Ab-

negationem fidei typis emisit, in qua, infinita

de Roma, de Pontifice, de Cardinalibus, de ve-

stro Collegio, de Iesuitis, de alumnis, de omni mo-

nachorum & sacerdotum genere mentitur.

Nicolai de  
sectio 1.

Libellus insigni triumpho ab haeticis exceptus est & sparsus: sed proximo ferè mense prodijt liber alter, qui Nicolai Detectio inscribatur, in quo postquam evidentissimis rationibus demonstratum est, illum nec Iesuitam esse, nec sacerdotem, nec Theologum aut Philosophum, nec vniuersum apud Pontificem aut Cardinales concionatum (nisi quòd semel, aut iterum Roma apud Inquisitores Caluini haesim abiurasset,) nec vllam rudite lingua aut scientia cognitionem habere, sed relapsum tantum ministrum esse, indoctissimum grammaticum, erroneum vagabundum, et mendacissimum homuncionem: tot & tanta praeterea hac iustissima occasione, explicata fuerunt de Romanis rebus, de charitatis operibus qua in vrbe fiunt, de praclarissimis sua sanctitatis ac illustrissimorum Cardinalium rebus gestis, de omnium religiosorum ordinum insigni pietate, vt haeticos non mediocriter iam pigeat, hoc suo commento eiusmodi se narrationi necessitatem praebuisse, qua plurimi perspecta fraude, partibus ipsorum diffidere, nostris verò ad haesim re caperunt.

Modus libros in Anglia disseminandi.

Atque hac de libris, qui non minori sacerdotum diligentia, aut etiam periculo disseminantur, vt in manus omnium perueniant, qua scribuntur. Modus autem est, vt omnes libri Londinum nullo euulgato comportentur, ibique in sacerdotum manus per centenos aut quinquagenos distributi, eodem planè tempore in vniuersis sacregni oras diuulgentur: postero autem die, cum tempore, lictores Catholicorum domos ob hos libros sparsos scrutari incipiunt, non desunt copiosissimi

mero iuvenes nobiles, qui de nocte hos libros in hereticorum ades, officinas, ac palatia inserant, per aulam etiam disseminent, & per plateas, vt soli Catholici de his non accusentur.

Nunquam facerem dicendi finem, si de Catholicorum zelo ac ardore sermonem ingrederer. Cum sacerdos ad eos diuertit, salutant primum vt externum & ignotum, tunc ad cubiculum interius adducunt, quo oratorium constitutum est, ibi omnes prouoluti in genua, sacerdotis benedictionem humillimè petunt, interrogant deinde quanto tempore apud eos mansurus sit, quod esse vellent quàm longissimum: si die sequenti discessurum se dicat (quod ferè solent, ne longiori mora periculum creetur,) omnes eo ipso vesperi ad peccatorum se confessionem parant, postero manè audito sacro, sanctissimo Eucharistia sacramento se muniunt; postea, habita conuisione atque iterum impartita benedictione sacerdos discedit, quem nobiles aliquot iuvenes vt plurimum ferè in itinere concomitantur.

Modus quo recipiuntur sacerdotes.

Habent Catholici in varijs adium partibus Latibula in (sicut in primitiua Ecclesia vsitatum fuisse legimus) non pauca loca secretiora quibus sacerdotes ac irrumpentium licitorum vi abscondantur. Sed iam longo vsu (vt fit) & nonnullorum etiã falsorum fratrum prodicione, magna ex parte in perscrutatorum cognitionem peruenerunt. Ipsi Catholici in syluas ac dumeta, in fossas etiam ac lacunas cum de nocte fit irruptio, se al dere solent. Cum sedemus aliquando ad mensam hilari- ores, & familiarius de rebus fidei ac deuotionis (u enim omnium frequentissimus est sermo) con-

Latibula in Catholici etiam domibus.



ferentes, si aliquis forte ad ianuam rapidius insonuerit, ita ut licet existimari possit; omnia statim, non aliter quam cerui audita venatoris voce, erectis auribus & animis, astant, cibus desinent, breuissima oratione se Deo commendant, nec vox aut sonitus vllus auditur, quousque simul quid rei sit, renuncient, quod si nihil peruoluerit fuerit; ex iniecto tamen metu fiunt latentes. Verè de his dici potest, quod anima eorum in manibus ipsorum semper.

Catholico-  
rum zelus  
& ardor.

Nullus his in partibus reperitur, qui de minima sacrorum duratione queratur; imo, si Missa quouis ad horam ferè integram non duret, vix multis probatur. Si sex, octo aut plura etiam sacra eodem die ac loco fiant (quod non raro concurrentibus inuicem sacerdotibus contingit) mitterentur in omnibus ydem ipsi auditores. Si sacerdos non desit, octavo quoque die peccata excipiant saluari confessione. Lites vix vnquam inter Catholicos audiuntur de rebus vllis; si quæ controuersia occurrat, id totum sacerdotum fere arbitrio permittitur: cum hæreticis nec matrimonium libenter contrahunt, nec preces faciunt, nec quicquam commercij habere volunt. Cui nobili fæmine his ipsis diebus oblatum esset, in carcere liberaretur, si vel vnã Ecclesiam pertransire tantum velleret; illa respuit, adiciens, se integra conscientia carcerem esse ingressam, & eadem illa savelle aut egredi aut mori. Vide quousque quid Dei spiritus, per hanc persecutionem effecerit. Henrici Regis temporibus, qui pater huius Elizabethæ fuit, vniuersum ferè hoc regnum (in quo erant, Episcopi prælati, ac docti viri

Magna constantia fæmina.

plurimi) ad vnam tyranni vocem, fidem ac Pontificis Romani auctoritatem abiuravit: nunc vero per summam Dei misericordiam, persequente

*Mita m. 162*  
*tatio.*

Henrici filia, non desunt pueri ac femina, qui palam & ad tribunalia non solum fidem intrepidè prosteantur, verum morte etiam proposita renuant ea facere quae leuiora nonnullis videri fortasse possent. hac est verè mutatio dexterae Dei excelsi, & in summis eius beneficijs erga hanc nationem numeranda. Explicari non potest,

*Seminaria*

quantum Dei gloriam Seminaria illa transmarina propagauerint, quae hereticos magis terrent, quam vlla principum Catholicorum arma.

Poundus noster artissimè custoditur Londini, coniectis in castrum quoddam obscurissimum ob lingua libertatem, qua nuper ministros quosdam perstrinxit, & ad certamen cum sacerdotibus Catholicis prouocauit, quae vna re nihil illi illibentius audiunt: humi iacet loco subterraneo, nec vllus ei luminis vsus permittitur, maximè etiam ferreis compedibus oneratur, & tamen mecum per literas his diebus mirabili quodam artificio emissas, suauissime iocatur, perinde ac si in delitijs viueret.

*Thomas*  
*Poundus*  
*magni ali-*  
*quando ne-*  
*minis in*  
*aula.*

Cum autem per eandem viam, qua literas illas receperam sacerdotem quendam ad eum, direxissim ( prout postulabat ) vt sanctissimam Eucharistiam ei praberet, eò quòd omnes itineris ac ingressus circumstantias à Pouno praescriptas non obseruasset, captus est, sed iterum postea mirabiliter liberatus.



*Præcipuorū  
Prælatorum  
exagitatio.*

In similem captiuitatis locum, his ipsis diebus post tot annorum carceres Londini perpeffos, coniecti sunt grauiſſimi ac reuerendiſſimi viri, Episcopuſ Lincolniensis, Abbas Veſtmonaſterienſis, aliq̄ multi. In arcem enim Viſbiceſem inſaluberrimum locum ſæuiſſimo Puritano cuſtodienti, in hac veneranda ſua ſenectute mittuntur, vbi certiffimum eſt diu eos non ſuperſuturos. Etenim vltra carceris incommoditatem inhumane etiam ac barbarè à cuſtode tractantur. Omnes penitus libri præter vna Biblia, illis auferuntur, nec ſcriptorum ſuorum aut annotationum codicilli permittuntur. Superbiſſimi miniſtri ſapè inexpectato immittuntur, qui impetratos aggrediantur ac conuitijs proſcindant. ſiſa deinde & ridicula frequenter de eis publicantur, eaq̄ nonnunquam libris impreſſis, qua omnis eorum exiſtimatio, qua plurimum valent, imminuatur. Fœmina quadam impudica ſuperiori menſe, in eorum cubicula ipſis inſcijs, incluſa eſt, vt inde opinionem incurrerent incontinentiæ. Nullus ad eos permittitur acceſſus, vt de hoc artificio quod modo dicam vti compellamur. Cùm aliquis ex noſtris quicquam eis elemoſynæ dare voluerit, præcedenti die ambulat per agros vicinos, & tanquam venaturus vocem attollit; quo ſigno dato, eorum aliquis per fenestras proſpicit, & ſigno dato animaduertit, ventorem illum aliquid in vſu ipſorum habere. Poſtea ergo nocte dormientibus cæteris, accedit illi cautus ad muros, & per eandem fenestram ex qua ſignum datum fuerat, incluſorum aliqui amittit ſportulam, qua elemoſynam recipiat.

*Modus ſubueniendi in carceratis.*

Atque

Atque hæc eadem ferè ratio in cæteris etiam carceribus tenetur; licet pro locorum varietate, varia etiam mediata tentanda sint, in quibus excogitandis, summoq; cum periculo exequendis, mirabilis sanè elucet Catholicorum ardor, charitas, ac fortitudo.

Hartus & Cotamus eodem in carcere sunt; Hartus & Cotamus  
 quorum posterior, ut sociū sua causa comprehē  
 sū è periculo liberaret, spōte se licitoribus obtulit: presbyteri.  
 Prior in ingressu ad insulam captus, & ad Regi-  
 na Consiliarios ductus, eò quòd pulcherrimus iu-  
 uenis, magnis etiam talentis præditus, & paren-  
 tibus nobilibus ortus esset, dimissus est Oxonium,  
 ut cum doctissimus illius vniuersitatis Theologis  
 conferret, si qua fortè spes, eum peruertendi ap-  
 pareret. Sed cum post duorum aut trium men-  
 sum spaciū, nihil quicquam in eo genere profi-  
 ceret, carceribus tradendum existimarunt, ubi  
 latissimus viuit, & duriora impostero expectat  
 ob præteritos fauores. Tirellus vester, postquam  
 hic appulisset & me amplexatus fuisset, prodi-  
 tus quodam die in publicum, visus est & prodi-  
 tus a Ioanne Nicolao exclamante, & populum  
 ad perduellum capiendum (sic enim loquuntur)  
 excitante. Non miror Apostolum tam vehemen-  
 ter questum esse, de falsis Patribus; nobis sunt  
 hic molestissimi, & aliorum omnium maximè  
 capitales. Sledus, qui paucis ante nos diebus,  
 Roma discessit, egit aliquandiu proditorem clā-  
 culum, nunc publicè persecutorem. Comprehen-  
 dit Tonsonium per plateas transeuntem; paulò  
 etiam post, Ortonum, nihil minus, quàm tale  
 quid suspicantem. Si proditor paululum se co-  
 hibuisset

Antonius  
 Tirellus  
 presbyter.

Sledus  
 proditor.  
 Tonsonus  
 Ortonus.

hibuisset, & ad hospitium vsque profectus fuisset, cœpisset vnâ Campianum, Personium & Gilbertum, ( ad illos enim Ortonus properabat ) quibus tribus hominibus nescio an Regina quam magis expet at.

*Tria Personij pericula vitata.*

*Septem cōprehensi & in ijs Rishtonum.*

Sed Dei, non sua fuit voluntas, qui tam ipso quam alios, varijs in dies periculis liberat, statem Personij tria, ipso narrante accepi: primum cum obsessa domo in qua fuit, in scœmle quod domui adharebat se abdens persequentes euasit alterum, quod ad hospitium quoddam publicum sub noctem inuitatus ( ea enim precipue horum sacerdotum solent egredi ) vt quendam nobilem longinquo venientem Ecclesie gremio reconciliaret, licet optimè locum cognouisset, & tribus ante ibidem fuisset, ita tamen inter eundem mutatus est sensus eius, vt ad domum venientem illam non agnosceret, nec iam eam vlla ratione aut diligentia, etiam si diu quæreret, & a vicinis sæpe multumq; pereret, inuenire potuit, vnde incœstus abscedere coactus est. Postero verò die intellexit ianuam illam à licitoribus interius fuisse clausam & obsessam, qui aduentum eius expectabant. Comprehenderunt autem eodem tempore septem alios qui eadem de causa illuc veniebant, & in ijs Rishtonum, vestri collegij alumnorum. Tertium erat, quod cum Personius domum quandam ad Tamesis ripam positam haberet, in qua, de nocte sacerdotes conuenire, & sacramentis suas nonnunquam deponere solebant, hæc à quodam librorum compactore, qui operas in ea exercuerat, magistratui indicata fuit, qui statim Personio vix egresso, maximo armatorum numero

mero locū obsedit, omniaq; diripuit, cruces, medallas, grana benedicta, agnos Dei, & cetera eiusmodi non pauca, cœperunt etiam in domo Vicina Alexandrum Briantum presbyterum, quem postea varijs cruciatibus affligerunt, non solum equulei, sicut ceteros sacerdotes, sed acutissimis etiam acubus sub vngues immisis, inaudito quodam crudelitatis genere.

Alexandra  
Brianti cō-  
prehensio.

Et profectò mirabile planè est, quàm ingeniosam se præbeat hereticorum malitia, ad novas afflictiones in Catholicos excogitandas. Ex castro Londinensi scribunt, septem ibi esse variorū tormentorum ac cruciatuum genera, quibus in dies Catholici exercentur. Hic, etiam Superintēdens & Pseudoepiscopus Elmerus, vti est natura truculenta, & olim inter Gladiatores non infimi nominis, sic sua etiam peculiaria habet. Et his proximis diebus, cum virginem quandam nobilem, ad arbitrium suum flectere non potuisset, vt hereticorum sacra adiret, in locum quendam infamem compegit, vbi flagris tanquam scortum cædenda esset. Sed aliqua visa est statim pœna eum secuta; cum enim ipse filiam suam quàm vnicè diligebat, Concionatori cuidam Ministro in matrimonio tradidisset (in eadem enim ministrorū tribu solēt omnes vt plurimū cōtrahere) Ieuinq; in honore filia, Archidiaconū Londinensē constituisset, ille prouinciam visitaturus exiens, comprehensus est à magistratu cum alterius vxore, quare socero patefacta, gener, vt eum a quiorē haberet, voluit iniuriam augere. Finxit itaq; literas libidinis plenas, vxoris nomine ad equitem quendam auratum, easq; tanquam à se interceptas, in erroris sui compensationem socero

Ingeniosa  
hereticorū  
malitia.

Lepidum de  
Episcopo &  
Archidiacono  
no suo ge-  
nero.

socero obtulit, quibus ille mirabiter afflictus, cum postea intellexisset, rem totam à genero compo- tam esse, in furorem actus, non baculo pastoris, sed Lanionis fuste Archidiaconum grauissime verberasse dicitur. Atq; cum eiusmodi quidem pro- tis est nostra concertatio. Haecenus ille.

**Edicta &  
leges.**

**Recusantes.**

**Hansius  
martyr.**

**Olistonus  
presbyter.**

De edictis atrocissimis, legibusq; sauis-  
tra omne genus sacerdotum, ac Catholicorum  
tis, satis iam vos, cum ex meis, tum ex aliorum  
tiam literis, & ex ipsis rebus ad vos perlati  
lexisse non dubito. Primus hereticorum in  
in illos erat maximè, qui sacra hereticorum  
re noluerunt, quos ex eo deinceps Recusantes  
pellare consueuerunt, cuius generis, plus quam  
quingenta millia statim se obtulerunt, & in  
omni fere regni prouincia ornatissimi, ac  
so populo probatissimi viri quorum constanti  
rabiliter offensi aduersarij, in presbyteros,  
quam huius rei praeceptos autores, vniuersam  
iracundia molem conuenterunt. Vnum itaq;  
ipso mense in crucem egerunt Euerardum  
sium, & plures videntur breui eandem  
subituri, ad quam omnes paratissimi esse  
tur animis. Hansius certe inuicta patientia  
tamen pertulit; proximus ei successurus  
Cliftonus presbyter, qui iam aliquot mensibus  
ab hereticis inter latrones in antro quodam  
terraneo, fame, frigore, ferrisq; afflictus est,  
supra naturam planè existimetur, quod spiritum  
adhuc ducat. Hic cum his diebus ad tribunal  
plateas ingentibus onustus ferris, inter fures  
retur, socijs gementibus, & vniuerso fere populo  
commiseratione affecto ipse solus hilaris & sicut

denti similis, compedes traherat. Cum autem quidam periret, cur ille præ cæteris in casu suo tam misero rideret quia (inquit) ego plus quàm cæteri ex hac calamitate emolumenti sum præcepturus, & iustum est opinor, vt quisque de suo lucro gaudeat.

Ceruinus vester qui tanto zelo Roma ardebat, non minori spiritus ardore sex integros fere menses per diuersas regni prouincias concionando consumpsit, qua in re insignem planè gratiam & auctoritatem habebat, voluitq; Dei providentia, vt in tantorum laborum compensationem, in ipsa tandem concione caperetur Londini in domo cuiusdam nobilis iuuenis cui Roscarocus nomē est, qui vna cum Ceruino in carcere est traditus, & postea equuleo tortus dicitur. Ceruino cum in atrium interius carceris adductus esset, aptarunt compedes grauissimos, quos vix mouere poterat: quo facto discesserunt ad tempus custodes, vt viderent in quodam antrum vel cubiculum compingendus deinde esset; ille autem, cum vndique circumspiciens solum se videret, suspexit in calum letissimo vultu, & gratias Deo egit: tamen iterum pedes aspexit onustos catenis, & experiebatur an mouere eos posset, cumq; mouendo audiret catena sonitum; Ceruini continere se non potuit, quin magno risu, effusis etiam præ gaudio lachrymas, & manibus oculisq; in calum sublatis, ingentem latitiæ suæ affectum exprimeret.

Quam rem totam videntes heretici quidam duo

duo de Familia Amoris, qui proximo quodam  
in loco captiui tenebantur, nullum miraculofum  
nem facere potuerunt, & vniuersam rei gesta  
seriem sapissimè postea narrare consueverunt.  
Idem Ceruinus cum biduo antequam capere-  
tur, mecum pernoctasset, & propter frigiditate  
hementiam (erat enim hyems) ad focum ex-  
guum quem habueramus, inter duos tresque  
se inseruisset; hac de re post sex opinor, dies,  
quàm in carcere fuisset, sic ad me rescriptit.  
Deus tibi rependat; tantillum etiam antea ha-  
bueram, quod vbi expensum fuerit, descendam  
ad fratres meos latrones in lacum, vt ex com-  
muni eleemosynarum sportula viuam & descen-  
dam profecto libentiùs, quàm vnquam hactenus  
ad vllum conuiuium; illius enim sportula panis  
erit mihi Domini mei causa, omni melle & vni-  
uersis dapium generibus dulcior.

Ceruini epi-  
stolium.

Compades  
intelligit.

Habeo iam ad pedes ac tibias tintinabula  
quadam, quæ me admoneant, qui sum & curam  
sum. nunquam alias sensi tam suauem harmoni-  
am; si vobiscum iam essem, facerent mihi la-  
cum ad ignem accedenti, nec me comprimeret-  
tis. Ora pro me vt compleam fortiter ac fide-  
ter cursum.

Hæc Ceruinus; atque hucusque ex epi-  
stola Londino scripta.

Vt autem ad historiam nostram seriem redeamus, post scriptas has literas multi ferè in dies Catholici perodebantur, & inter ceteros, percelebris ille Campianus hoc tempore prodicione falsi cuiusdam fratris Elioti, tanquam Iscariotis capitur, ludibrijs exponitur, compedibus vincitur, quæstioni ter aut quater ad luxationem ac quassationem omnium membrorum subiicitur: quo etiam tempore propter plurimos de vulgo, ex præcipua quoque nobilitate & ordine equestri, hoc maxime prætextu, quod Campianum in ædes receperint, & ab Ecclesijs protestantium abstinerint, non paucos in carceres rapuerunt, iudicibus simul cum furibus ac latronibus stiterunt, varijsq; multis pecuniarijs miserè expilarunt; in quo genere guauissima passi sunt illustres nobiles propter Campianum afflicti, Bato Vauxius, Thomas item Tressamus, & Gulielmus Catesbeus equites aurati, & alij per vniuersum regnum plurimi, admirabili constantia, fide & pietate, insignes viri. Interim vt Campianum ac Presbyteros victos plausibili prætextu afficiant extremo supplicio (pro sola enim Catholicæ fidei propagatione, quæ adeo nunc in animis Anglorum inualuerat, tollendos non iudicabant) fingunt eos, multa in necem Reginae, Romæ Rhemisq; machinatos; ad eamque rem falsos quosdam fratres in testes ex fece hominum conquirunt & subornant: quorum testimonio licet non consentientibus, & apertissime refutatis, condemnantur ad mortem crudelissimam & turpissimam, quam paulò post in-

*P. Campianus Elioti prodicione capitur.*

*Nobiles propter Campianum afflicti.*

*Calumniæ innocentes confictæ.*

Bb Cc credi





credibili constantia ad singularem Dei gloriam, Catholicorum confirmationem & bonorum omnium ædificationem præclarissime obierunt, importunè instantibus & vigetibus hæreticis, vt saltem Elizabetham caput Ecclesiæ, agnoscerent, & se in ipsam peccasse confiterentur; ac non solum vitam & veniam si id facere vellent, sed dignitates etiam magnas offerentibus.

*Martyria  
multorum  
præclarissima.*

*An. 1582.*

*Martyres  
quindecim.*

*1582.*

Primo ergò die Decembris anno 1581. celebri martyrio consummati sunt, idem Reuerendus Pater Edmundus Campianus Societatis Iesu presbyter, & venerabiles duo Sacerdotes, Rodolphus Ceruinus, ac Alexander Briantus, Romani alter, alter Remensis Seminarij alumnus. Vicesimo verò Martii sequentis anni, Thomas Fordus, Ioannes Sheretius & Robertus Ionsonius; & trigesimo eiusdem mensis, Gulielmus Philbæus, Lucas Xibæus, Laurentius Richardsonus, Thomas Cotamus, Presbyteri sancti & docti omnes, certamen confessionis compleuerunt. Et hi quidem omnes Londini; vbi antè etiam sancti martyrium passi sunt Ioannes Nelsonus, anno 1578. & Euerardus Hansius anno 1581. Sacerdotes, & Thomas Scheruodus laicus; & extra Londinum in alijs prouincijs Cutbertus Maynus primus ex Seminarijs martyr an. 1578. & Ioannes Paynus anno 1582. singulari zelo præcellètes Presbyteri. Paulò verò post, hoc est eodem anno & sequenti, simili constantia sanctas animas Deo reddiderunt, in Eboracensi vrbe vita & doctrina præstantes Presbyteri, (hoc solo nomine damnati, quòd Sacerdotes

dores se agnoscerent, ac Pontificia authoritate se extra regnum ordinatos esse confiterentur) Gulielmus Laicus, Richardus Kirkmanus, Iacobus Tomsonus, Gulielmus Hartus, & Richardus TherKellus. Atque duo nuper in Vintoniensi ciuitate Dominus Ioannes Slaidus, & Dominus Ioannes Bodæus honestæ conditionis Laici, bis varijs temporibus per sententiam iudicis, (inaudito apud Anglos exemplo,) morti adiudicati sunt, quam paulò post foelicissimè obierunt, non aliam ob causam damnati, quàm quòd penes Reginam summam in causis Ecclesiasticis auctoritatem proximè & secundum Deum, esse negarint. Eodem anno & alium laicum Gulielmum Carterum Londini martyrio sustulerunt ob id solum, quòd cum impressor esset, prælo mandasset librum quendam de s. hismate à docto & pio viro Gregorio Martino cõscriptum, in quo hortabatur virgines quasdam adieiunium, quòd ea ratione Holofernis caput (id est dæmonis & peccati) facilè amputarent: quam sententiam auidè arripientes Hæretici, non aliter quàm de Regina illud Holofernis nomen intelligi voluerunt, cuius salutis & vitæ eiusmodi hortationibus insidias strui calumniabantur; eadem planè iniustitia qua obijciebatur olim in Africa Catholicis Sacerdotibus, quod de Regis persona loquerentur, si quispiã vt moris est dum populum admoneret, Pharaonem, Nabuchodonosor, aut Holofernè nominaret. Verum Dominus Iacobus Laburnus, nobilis laicus, paulò etiam vlteriùs quàm sacerdotes (qui iniussu Su-

Martyres octo.

An. 1583.

Victor Vtic. lib. 1.

D. Laburni Confessio.

*Martyres  
quatuor.*

*Anno 1582.*

*Plabei vir-  
gis casti.*

*P. Hayuodi  
apprehensio  
Et circa illū  
facta.*

periorum non debebant nec volebant se Re-  
pub. & status quæstionibus immiscere) pro-  
gressus, palam negabat Reginæ omnem obe-  
dientiam (sicut & ante Iurisconsultus Ste-  
tæus, Feltonus nobilis & VVodosius Presby-  
ter fecerant) partim quòd eius natales illegi-  
timos esse diceret; partim, quòd esset P. Pontificis sententia, prætenso iure regni priuata. Qua de causa varias carcerum mor-  
stias Carleoli, Londini, Lancastriæ, Man-  
striaeque perpeffus, tandem Lancastriæ sagu-  
nem omnibus admirantibus eius còstantiam  
ac patientiam lubétissimè ac mitissimè fudit.

Neque hic silentio prætereundum est, quòd  
quot etiam plebeios quòd Ecclesias, & pro-  
fana Protestantium officia adire noluerant  
cùm non haberent! vnde multam pecunie  
ariam soluerent, sententia iudicis diu ac miti-  
rabiliter per urbem Vvintoniensem tractati  
ac nudos crudeliter fuisse cæfos.

Incidit quoque Dei planè prouidètia, hoc  
tempore in manus persecutorum P. Galfridi  
Hayuodus, nam vocatus in Gallias, ad forense  
colloquium, cùm esset propemodum in itinere  
tore Normannico, subitò aduerso ventore  
portum Anglicanum delatus à Magistratu  
stitur; Londinum reducitur ac in carcere  
compingitur, vnde post non multos dies  
varias examinationes, ducitur ab arcis Prae-  
fecto cū aliquot alijs vinctis Presbyteris  
ca id tempus comprehensis, ad Tribunal  
autem ventum est ad ianuam Prætorij, non  
exemplo, sed antiqua hæreticorum verè  
diabolica fraude, ex improuisò cæteris em-  
Cob

Confessoribus subtrahunt, ac in vicinis ædi-  
 bus, dum alij causam dicerent, collocant; ut  
 hoc artificio simul & abesset à Collegis, ille  
 qui doctrina & dicendi peritia, qua plurimū  
 prævaluit omnibus, obiecta crimina facilli-  
 mē diluere potuisset; & suspitio daretur cū  
 cæteris Confessoribus, tūm astanti populo,  
 patrem optimum, animum ac religionis sen-  
 tentiam vel mutasse prorsus, vel saltem in a-  
 liquibus se Regiæ voluntati accommodasse.  
 Atque ut illud facilius ab omnibus credere-  
 tur, quasdam in eam rem voces arcis præfe-  
 ctus mox sparsisse dicitur, eumque non cum  
 sodalibus ad mortem iudicis sententia con-  
 demnatis, sed per aliam secretiorem portam  
 in carcerem reduxit. Quo dolo malo factum  
 est, ut etiam boni non nihil isti Reuerēdo pa-  
 tri humanitus accidisse timuerint. Sed impi-  
 issimam fraudem ac summam sancto Confes-  
 sori factā iniuriam tempus postea petefecit.  
 Neque enim vel istorum dolosis machinatio-  
 nibus, vel frequenter adhibitis minis vel ali-  
 is grauissimis tentationibus quicquam cessit.  
 Obrulerunt autē ei (quod ab ipsius ore postea  
 audiui) vel se aliquantulum accommodaret, E-  
 piscopatū. Mansit autem in carcere, varijs  
 postea à Reginæ consiliarijs, nuncijs ac lite-  
 ris, sed frustra, ad defectionem sollicitatus.  
 Socij verò sacerdotes, secundum iudiciū pau-  
 lo ante pro tribuali latum ad patibulum du-  
 cti, confessionem suam gloriosa morte lætis-  
 simē compleuerunt. Hi autem erant Georgi- *Martyres*  
 us Haddocus, Ioannes Mundinus, Ioannes *quinque*  
 Nutterus, Iacobus Fennus, & Thomas Emer-  
 fordus.

Bb 3

Atque

An. 1584.  
Martyres  
tres.

Atque in alijs regni locis præsertim Lancastriæ, Eboraci & in Vvallorum finibus, complures tormentis grauissimis tentati, nonnulli etiam turpissima morte proditorum & latronum instar affecti sunt. Lancastria, Iacobus Bellus Presbyter & sexagenarius, & Iohannes Finchius laicus, in Vvallia Richardus Vitus ludimagister. Frustra verò in hoc instituto compendio cõmemorauerim, quibus delictis criminibus tam crudeliter in innocentes homines animaduersum sit, cum omnibus constet, veram solamque causam fuisse religionis auitæ professionem, & Apostolicæ sedis & communionis contra Ecclesiæ rebelles filios defensionem.

Articuli  
propositi de  
Bulla Pij V.

Nam cum cæteras confictas criminationes in iudicio facilè depulissent, mox in ipsorum secretiores cogitationes & futura facta, quibusdam copiosis interrogationibus super Bulla declaratoria Pij V. fit inquisitio; nimirum si sententiam illam legitimam fuisse iudicandam si putent in Papæ esse potestate reges exautorare, ac subditos ab ipsorum obedientia liberos reddere? quid sint facturi ipsi, aut alij conscientia præscribent, si bellum à quoquam inferatur propter religionem? ac huius generis alia: In quibus si quid pro Pontificia potestate, vel prudentissima rerum moderatione dixissent, continuò læsæ Maiestatis, & non religionis rei decernebantur.

Atque hæc quidem hæctenus nequissime  
 perpetrarunt aduersarij nostri, conscientia  
 ipsorum tantum clam repugnante, & tantorum  
 scelerum apud Deum eos accusante: (optimè  
 enim nouerant innocentissimos esse catholi-  
 cos, earum omnium molitionum quarum con-  
 demnabantur;) sed voluit Dei benignitas, in  
 lucem hominumque notitiam, hanc summam  
 eorum impietatem proferre. Nunc enim, Io-  
 hannes ille Nicolaus, de quo supra mētio facta  
 est, qui ab his inductus, maximā huic sangui-  
 nolentæ tragœdiæ occasionem, vel umbram  
 potius & velamen dederat, (Roma enim re-  
 diens, tam libris impressis quam concionibus  
 publicis multa de Catholicorum machinati-  
 onibus iussus asseruit) cum vidisset tot inno-  
 centes homines hac scelerata fraude sublato  
 esse, conscientia motus, Cecilium summum  
 Regni, Quæstorem adit, reuocatque illi in  
 memoriam, falsa esse quæ ipse in Catholicos  
 dixerat; à quo vix auditus, idē postea Regine  
 Secretario Valsigamo significari curauit: sed  
 cum neuter eorum libenter eum audiret, ille  
 tanquam alter Iudas, requiem non inueni-  
 ens, admonuit eius rei non solum Præ-  
 fectum arcis Londinensis, qui totius fictionis  
 præcipuus autor fuerat, verumetiam Lucam  
 Chirbzum presbyterum, ex ijs vnum, qui hac  
 ipsa de causâ sententiam mortis accepe-  
 rant.

*Io. Nicolaus  
 mendacia  
 confitetur.*

*Cecilij &  
 Valsigamæ  
 obstinata  
 iniquitas.*

Quo facto existit statim ex Anglia & per Ger-  
 maniam properabat ad Turcas, vt experiretur an

*Nicolai in-  
 ga & despe-  
 ratio.*

Cc +

eorum

eorum religio meliori conscientia res administraret quàm protestantium; sed in itinere cum multis difficultatibus impediretur, persuasus à Socio redijt in Galliam, vbi quemquam eam gratiam non fuerit consecutus ut Catholicus fieret (voluit enim statim in Angliam redire) coram magistratu tamen Rothomagési, vniuersam mendaciorum suorum seriè retexuit articulis octo, quos hic inferimus cum binis literis ad Reuerendum D. Alanum Collegij Anglorum Rhemensis præsidem, eodem de negotio sicut ipsius verba scripta habentur.

**EXEMPLAR LITERARUM,** quas Ioannes Nicolaus ad Doct. Alanum scripsit, postquam esset Rhotomagi captus, nulla dictione vel litera mutata.

**D**octor Alane, tua meã petulantia vicit charitas ad te (temeritate ductus magis quàm prudentia fretus) acriter scripsi, tu ira non commotus omnia bona mihi optasti, pollicitus es si fueram tibi inimicus ea, qua non speraueram a te concedi, tua clementia me superauit supermodum. Parisiis Remos venissem, si mea culpa tanta non fuisset, quantum explicare verbis nequeo. Pudore impeditus, Remos petere nolui. Tua patientia mea maior fuit malitia, tua verba ex charitate fraterna producta ostenderunt quod

spiritu suffultus eras. Laurentius Caddeus, que meas tibi dedit literas, iuramento facto predicta confirmavit, qua charitate audita in qua prorupi verba testetur.

Si illam D. Alane anima mea curam te habere verum sit, ut tuam reuerentiam non pigeret peregrinationis multorum locorum modo saluares eam, des tunc operam ut saluetur, & mea anima salua tua opera, saluabitur anima tua iuxta verbum diuinum. Si anima & corpore peribit tua incuria atque negligentia, redditurus es rationem huiusmodi mortis meae in die iudicij. Sum detentus in carceribus, & non indignè. Sufferentor lautius hucusque quam deberem, appello ad tuam reuerentiam, & non ad Papæ Nuntium.

Si promittes tuis literis, quod mea culpa quomodo commissæ contra quoscunque ignoscatur mihi, & quod nemo ob mea delicta perpetrata, me è medio tollere conabitur, Remos veniam, & ponam vitam in manibus tuis: si hoc mihi negabis, sanguis meus à te requiretur, & eris causa perditionis anime meae. Non curo propter vitam corporis mei, singulis diebus contentus sum mori, si semel animam meam & virtute & religione verbo diuino innixam, suffultam sentirem: ob, nemo mortaliū me letior esset.

Dicunt multi me nullam religionem habere, & verè dicunt secundū opera mea: flagitijs enim multis coopertus sum, hoc ego dico, & in suggestu sæpe dixi. Quodcunque scriptum est in veteri atque nouo testamento, firmiter credo si me ad ignem, aut ad patibulum lictores iam traherent, aliud non crederem, instar vmbrae est vita mea, à carcere Rothomagensi clamo ad te vir



magne, & vir plenè charitatis, vt mihi succur-  
ras dum hac vita vsura fruor. Si conuerterea de  
scriptis meis, quod falsū est retrahabo, causam  
indicabo cur sic scripseram, totam mentem meam  
iuxta veritatis limites satis abundè explicabo.  
D. Alane, et si grauius offenderam, tamen cu-  
ram tibi committo anime meae.

Nescio quid de me consultum est, si Papa &  
Cardinales, & omnes alij, qui auctoritate pre-  
cedunt alios, consultius estimant esse, vt vindicent.  
Etiam sumant iniuriam illatam illis immerito, sed  
voluntas Domini, sciunt vbi me inueniant: ex-  
quantur quod in mentem venit, sed aliter deli-  
berum charitate spero. In his angustijs quibus  
constitutus sum D. Alane, praesto mihi sis, &  
consilio & labore, & alijs omnibus charitatis  
iudicijs: & accumulabis tibi magnum thesau-  
rum in caelis, & me tibi in aeuum deuinces.

Non sum obstinatus, cupio saluus esse, sal-  
uum me reddat Deus anima à corpore dissoluta.  
Scripsi, bene vale, ora q̄ pro me peccatore ma-  
ximo. Dum viuo, spero. Redde bonum D. Alane  
pro malo, & eris discipulus Christi: sic fecit  
Christus sic docuit.

Per me Ioannem Nicola-  
um Anglum, cui aman-  
tissimum.

Post scriptum. Spiritus pugnat contra carnem, caro contra spiritum. ad tempus spiritus diluio peccatorū submersus carni succubuit, sed spero quod spiritus emergetur, & carnis vires inuadabit. Deus sit mihi propitius. Captiuitas est mediū per quod viam ad cælum inueniā. D. Alane, partim quia Christum agnoscis. & partim quia conterraneus meus es, consule mihi dum tempus est. Lego vestros libros, non tædet me legere, aliquam mihi legendo consolationem comparavi. Legam, & sermonem habere cum Catholicis Romanis inficias non ibo. Scripsi, & expecto responsonem voluntatis tue propensa, vt spero in meam salutem. 18. Februar. Anno 1583.

Per me peccatorem grauissimum, Ioannem Nicolaum indignum hac vita quam dego.

ALIAE

ALIAE LITERAE AB EOD-  
dem ad eundem scriptae, nulla  
dictione mutata.

Joanni Ni-  
colai litera  
19. Febr.  
Anno. 1583.

**D**OCTOR Alane, contra Papam, Cardinales  
& Episcopos quaecunque scripsi, scripsi am-  
bitionis causa: & qua audiueram in Italia de  
moribus Papae, Cardinalium Episcoporum ab-  
rumq; inter aggresses & inopes homines, litera  
in Anglia mandavi: nullum librum edidissim  
(Deus est mihi testis) nisi Praeses Castri Londi-  
nensis me ad scribendum prouocasset. Partim  
tunc tempore grandi promissione delusus, partim  
appetens interituram gloria à me publice scri-  
pta sunt ea, praesertim de moribus Papae, Cardi-  
nalianum, Episcoporum, totiusq; ue Ecclesiasticus  
ordinis. qua fama acceperam à viris non fide  
dignis, libertate mihi eo tempore concessa, pau-  
lo post respui & me nequiter scripsisse Dominum  
Luca Chirbeo iam vita defuncto, cum in carce-  
ribus detentus fuerat, confessus sum.

Multa scripsi, multa feci, qua scribere aut  
facere negavi prorsus, antequam Praeses turris  
Londinensis saepe minatus sit, grauisimum tor-  
quaris tormentum, quam acerbam poenam pati  
mea fragilis caro abhorruit. Illius igitur inuen-  
tionem atque voluntatem executus sum, quod  
imperabat scripsi, feci, sic locutus sum, non ex  
malitia, sed ex impulsu, non ex praua volunta-  
te, sed ex satanica suggestionem.

Multa scripsi falso: qua scripsisse poenituit mi-  
antequam ex Anglia, tanquam profugus ob-  
Conscientia cruciatus. norma peccata mea, qua conscientia mea ma-

nam inquietē diu & noctu iniecerunt, discesse-  
rā Nunquā in Anglia steti corā Iudice, aut alio  
quouis magistratu tanquam testis cōtra quem-  
uis Catholicum Romanum; quando in iudicium  
vocati sunt, ex proposito obfui Londino.

Papa, Cardinales, Episcopi, & alij Catho-  
lici Romani, in me multa contulerunt beneficia,  
qua ingratitude recompensavi, sed causa o-  
stenditur, metus grauisissimi supplicij, magnifica  
promissa me à Deo auocauerūt. si vos viri dignis-  
simi, in eodem periculo versaremini, nescio quid  
faceretis.

Nihil aliud audire potui in carceribus quàm  
has minas. Fac sic, aut satellites te ducent tor-  
queri: maluissem si dixisset suspendi. Non bona  
res est, corpus isto cruciatu longius fieri per duos  
fere pedes quam natura concedit. Narratum  
est mihi modus torquendi, cum audiueram, ti-  
mor & horror istiusmodi supplicij me omninò vi-  
cit in mea examinatione. Quorum voluit ille  
Præses aut seruus illius nomina scribi, scripsi.  
Georgius Peccam Eques auratus in Catalogo  
fuit Papistarum, Iudex Soutcothus, & alij multi  
mihi ignoti, & ad nomen, & ad personam (an-  
tequam ad castra Londini veneram) in meo Ca-  
talogo suggestu prædictorum locum occupaue-  
runt inter ceteros Romani religione addictos.

Si captus non fuisssem, cunctis Papistis indi-  
casssem interrogantibus me causam scribendi ta-  
lia mendacia in mea examinatione. Ego fui scri-  
ptor, sed Deus scit, alios fuisse auctores. Si mea  
fragilitas me non excusabit, appello ad mise-  
ricordiam vestram, quia munitos esse dicitis: o-  
stendite tunc illam, & pro amore Dei liberate  
me,

me, & non urgeatis me sicut ceteri, loqui & scribere contra conscientiam meam: & postea cernetis sine impulsu, quod liberè fatebor veritatem.

D. Alane grauter te offendi, sed tamen dico, quod recumbo in tuam clementiam. De religione nihil dico, quod scriptura docet ( nullum excipio librum neque veteris neque noui ) firmiter credo: nihil aliud credam, facite mecum quod vultis, comburite, suspendite, interficite, decapitate, ego idem sum: si veritatem non habeo, Christus est veritas, ostendat mihi veritatem, & aperiat oculos meos.

D. Alane, Odovvenus Hoptonus. Praeses Castellri Londinensis minis iussit, vt examinationem iuxta voluntatem illius scriberem. Quando nomina Papistarum patefeci ( quorum quamplurima nomina nunquam antè audiueram ) eos fautores Papa, Regina Scotorum, acerimos inimicos Regia Maiestatis, virorum à concilio, & omnium illorum qui defensores sunt religionis qua publicè in Anglia docetur asserere non vereretur. Et omnes illi, de quibus mentio facta est, nobiles & generosi fuerunt. Hoc si à te factum erit, Regina promouebit te, inuenies me promptissimum fore ad te iuuandum. Cuncti proceres te magno prosequuntur amore, & nihil indigebis. Mittam tecum seruum Oxonium, ibi sustentaberis, centum Marcas singulis annis dabo operam, vt adipiscaris, & sine dubio pingue sacerdotium tibi dabitur. Si hoc non prestabis grauisissima pœna mulctaberis, consule tibi igitur. Et hanc ob causam, partim metu ductus, partim adulatione victus, hoc in me quadravit adagium.

Quid

Quid ipse aiebat, confirmavi: promissum illius  
iuramento perstrictum fuit. Hæc quæ exaravi  
ad eò vera sunt, vt nihil verius.

Videte homines, quæ mecum Tragedia vsus  
est ille Præses. Quamprimum veneram in con-  
spectum D. Odorveni Hopton, ductus cum satel-  
lite, confessus sum me illius religionis fuisse, &  
tamen hypocrisi maxima me vti voluit: paratus  
eram in die Dominico istius hebdomadæ qua ca-  
ptus eram in Ecclesiam venire mea sponte, &  
tamen iussit, vt apparerem reluctari, & seruus  
illius iussus fuit trahere me ad Ecclesiam quasi  
inuitus fuisssem: ex his paucis colligite plura.

De Bulla affixa parietibus Remis, hoc non  
audeo confirmare, sed ita fama volauit, inter a-  
lumnos Papa in Collegio Anglicano Romæ sito, v-  
trum ista excommunicationis Bulla contra no-  
stram Reginam Elizabetham renouata fuit, &  
ex integro impressa Romæ prorsus ignoro, sed ig-  
noscente mihi quæ tali modo temere & falso scri-  
psi, & feci.

Quæ literis mandantur, me libera sponte sine  
compulsione vlla, vt conscientiam meam liberã  
redderem in præsentia Gylielmi Iohnson, &  
Georgij Robinson mundata sunt in carcere Ro-  
thomagensi in die Sabbathi. 19. Febr. An. 1583.

Ioannes Nicolaus.

CON.

IOANNIS NICOLAI

CONFESSIO PVBLICA  
 QVA FATETVR SE MVLT  
 ta mendacia contra summum Pon  
 tificem, Cardinales, & Catholicos  
 Anglos protulisse eo tempore,  
 quo in Anglia versaba  
 tur,

1. **A**ccusamus Ioannem Nicolaum, primum  
 quod famosos libellos fecerit, & primum  
 maudauerit contra Principes & publicas per  
 sonas atque collegia, qui famosi libelli etiam in  
 dit ionibus sue Maieft. Christianiffima in mte  
 rum manus venerunt, & famam multorum la  
 ferunt.

Respondeo vt sequitur. Ego Ioannes Ni  
 colaus, proteftans in religione, 20. Februarii  
 Anno Domini 1583. neque metu, neque fa  
 re cuiusquam hominis aliquid à me respice  
 d obitur. Quantum ad hunc primum articu  
 lum, fateor me iure rectèq, accusatum esse.

2. In his libris turpiffimorum & criminu  
 mendaciter & calumniosè infimulat nominatim  
 certos Cardinales, obijciens eis stuprum & fu  
 lera pessima, ex mera contra sacrum ordinem  
 malitia.

Ad secundum sic respondeo. Fateor  
 sic scripsisse, sed fama atque relatione huius  
 num prauorum, vt opinor.

3. Sanctiffimum Dominum nostrum Papam  
 feditiosè & maledicè in iisdem scriptis in  
 ima

iniustitie, furti, rapinae, & omnis iniquitatis, particulatim nominans quasdam rapinas quas eum fecisse fingit.

Respondeo, me sic scripsisse, sed magis ambitionis & malitiae causa, quam veritatis, nisi ut acceperam illum fecisse aliquid quod à me literis mandatum sit à viris illius contribus minimè fauentibus, quod nunc non omnino à me approbatur.

4. In suis libris praedictis iniquissimè, & (quod postea confessus est) falsissimè accusavit, proditoris & laesae Maiestatis homines sanctissimos, & innocentissimos, per quod ipsius & aliorum suorum complicum falsissimum testimonium, plurimi, id est 12. religiosissimi viri aut plures, fuerunt crudelissima morte sublati. Eūq; interrogari cupimus, an aliorum inductione vel sua sola malitia, eos falso accusauerit, & qui eum induxerunt ad hoc.

Ad quartum sic respondeo. Me semper negasse aliquod testimonium inducturum contra quemcunque hominem, qui ob religionem passus est: sed in libris meis insinuavi, quod multi in Collegio Anglicano Romae sito, optauerant mortem Reginae, & multorum aliorum, ut scribitur isto libro: & in illo articulo addidi plus quam veritas concessit. Et quantum ad nomina illustrissimorum virorum, ut nomen Domini Leicestriae, ut nomen Domini Burleighi, Reginae conquestoris, Domini Francisci Valzingham, &c. quos viros neque accusatos, neque minatos ab aliquo in isto Collegio audiui, sed hoc ambitionis & lucri causa finxi.

Dd §. Accus



5. Accusavit mendaciter & malitiosè Anglorum Collegium (sua Maiestatis fauore Remis residens) quod Bullam Pij V. contra Regnam Angliæ datam, Remis publicauerit, & valuis & postibus illius vrbis affixerit, ex quo iniquissimè mendacio, & calumnia, illius collegij alumnus magnam postea incurrerunt Regina sua indignationem.

Ad quintum articulum sic respondet. Quod iuniores studentes retulerunt mihi, quod Bulla anathematis per Pij V. facta contra Reginam nostram Elizabetham, remota fuit per Gregorium Papam XIII. & retulerunt mihi quod illa Bulla Pij V. publicata fuit Remis, & valuis, & postibus illius vrbis affixa. Hoc leui illorum relatione scripsi: sed hac de re, non melius sciui, quam infans vltimus diei, quia Remis tunc temporis non fui.

6. Nuper etiam in Gallijs existens scripsit ante 10. dies, apertas literas ad quendam grauem virum, in quibus famam & honorem Collegij Anglorum multiplici mendacio, conuitio, calumnia, & detractione grauissima, lasit: dicens prædictum Collegium docere & committere omnia mala, & quod viderit oculis suis continenter in Collegio fieri quæ nimis sunt dictu turpia & horrenda, vt ita falcissima calumnia, & patres societatis Iesu, qui illud Collegium Romæ regnant, & ipsorum discipulos collegij alumnus infamia notaret.

Quantum ad sextum, hoc respondeo. Ipsi usmodi literas scripsi, sed superbia, & ambitione cupiens in Angliâ promoueri, ad scribendum me duxit. Et quantum ad Collegiū Remense,

hoc dico: quod plus ex malitia, quā ex veritate dixi. & sic alterū Collegiū quod est Romæ falso à me accusatū est. Et de D. Alano, in conscientia loquor, nihil aliud scio aut audiui quam innocentiam, sua religione excepta.

7. Præter ista, periurij crimen ipsum incurrisse, probabimus non solū ex eo, quod post publicā, solemnē, & voluntariā hereseon abiurationem Roma ante quadrienniū factā, relapsus sit in abiuratas hereses: sed ex eo quod interposito iureiurando promiserit (cū Collegij Romani alumnus esset) se suscepturū sacros ordines, & in Angliā profecturum ad propagandam fidem Catholicā, quādoquē, à superioribus, id esset sibi mandatum. Quod promissum iureiurando confirmatū, iam ipse cum ingenti scandalo irritum fecit.

Ad septimum articulū respondeo. Illum articulū esse verū, & incurri periurium, quia Romæ vixi vt hypocrita, nunquā existens in religione Catholica Romana, præsertim corde.

8. Porro, objicimus illi, quod Pontificem dolo malo fraudauerit, quando sub prætextu aduersa valetudinis, & quod aerem Romanum ferre non potuerit, petijt à sua sanctitate veniam eundi ad Collegium Remense, vt ibi studia proficeretur, & sacerdotium susciperet, in eum finem postulans & accipiens à sua Sanctitate 50. aureos, cum ille accepta per fraudem hac pecunia rectè profectus est in Angliam.

Ad octauum articulum respondeo, me defraudasse Papam 25. aureorum, quos mihi dedit in via viatici, vt Remos peruenirem, sed Remos non veni, recta in Angliam profectus sum.

Ob omnes prædictos articulos sic à me Ioanne Nicolao concessos dolor magnus me tenet, & sub pedibus cuiusque quem sic malitiosè & graue offendi, me ipsum prosterno & subijcio. Deus scit, animo euadendi fortunatus promotionibus, quâ desiderio veritatem loquendi ductus. Deus mihi misericors, & propitius, & ignoscat mihi pariter cum illis quos sic temerè & impie offendi. Peto vt omnes illi qui per me offensi sunt, pro amore Christi, tanta iniuria immeritò illis illata, obliuiscantur, partim hanc tetigi culpam Satana suggestu, & partim quod multi laudauerunt ea, quæ sic impudenter scripseram.

Per me Ioannem Nicolaum Anglum,

*Addidit deinde ad prædictas responsiones hæc quæ sequuntur.*

**M**agister Stubbæus subministrabat mihi materiã & argumeta libri in arce Londinensi, quem inscripseram *Recantatio Ioannis Nicolai. M. V. Wilkinsonus* adscripsit ad marginem annotationes, & alia addidit quæ ego scripsi, erroresque qui in curia & inscitia mea irreperant correxit. Præterea ad diem festum omnium Sanctorum, Anno 1554. hæc sequentia verba domino Thelaurario dixi, si placuerit dominationi vestræ honoratissimæ audire veritatem; fateor me vehementer dolere, quod eiusmodi libros ediderim in quibus plus falsi quam veri contineatur. Quibus ille respondit Papistas iã deprehendisse mea mendacia. Postquã indicassem Domino Luce Chitbeo in arce Londinensi me plurimum peccare

ere facti, quod scilicet eos libros scripsissem, qui cum veritate pugnaret; ille hæc mea verba retulit M. Reginaldo Oxoniensi, qui & ipse eadem narrauit D. Francisco VValzinghamo. Hic autem re intellecta admonuit præfectum arcis, vt me, præfente D. Luca Chirbæo examinaret, an ita res haberet, vt ille relatione acceperat, nec ne. vnde mihi, cum iam turrim accessissem examinandus de prædictis verbis, in hunc modum locutus est Dominus Chirbeus. Veritatem fateare (Nicolae) & diabolum confunde: hoc ipsum faciam (liberè respondi) nihil ea de re dubites. Dominus Chirbeus separatim examinabatur: ego quoque veritatem non cælasserem, si per præfectum arcis, integrum mihi fuisset. Nam cum hæc verba dicerem. Ego Domino Chirbeo dixi hos libros me ambitione inflatum scripsisse. Noli ita dicere, inquit Præfectus, sed ad Secretarium se conuertens, hæc verba (inquit) scribas, fateatur se dixisse Domino Chirbæo se dolere, quod hos libros tam impolitè & ruditer scripserit.

Cum Magister Reginaldus coram Doctore Humphredo mihi diceret, se præfente Domino Humphredo & Domino Chirbeo probaturum me hæc verba protulisse, quod nimirum dolerem meos libros, qui plura falsa quam vera continerent euulgatos esse, quodque non amplius quicquam cuderem in pulpito, vel in prælo contra Papistas: cum inquam hæc fierent, Dominus Præfectus arcis tunc temporis præfens imperauit Magistro Reginaldo, ne de illa re amplius loqueretur.

Multa alia scripsit ac confessus est Nicolaus iste (quæ brevitatis causa omittimus) de nequissima hæreticorum nostrorū in Catholicos, etiam contra propriam conscientiam, conspiratione; sed neque tamen idēo quicquam ab incepta persecutione destiterūt, verum maiori potius impetu progressi sunt.

*Procerum  
vexatio.*

Neque verò nunc contenti hac in presbyteros & mediocris fortunæ Orthodoxos artificiosa crudelitate, ipsam etiam nobilitatem, ac in primis regni proceres, quos iam magis magisque istius novæ sectæ falsitatem, turpitudinem ac immanē crudelitatem abominari obseruarunt, indignissimè tractare incipiunt. Et cum in omnes Catholicè affectos nobiles simul animaduertere non queant, pro cuiusque Aulici ac novi hominis odio & libidine, nunc istos, nunc alios, confictis criminacionibus & calumnijs impetūt. Ica Fræciscum Throgmorthonum ac Edouardū Audenum antiqua fide ac genere præstācissimos viros aliosque indignè sustulerunt. \* Sic Illustrissimum Northumbrium in Anglia potentissimum principem, ac insignem pietate ac nobilitate virum Gulielmum Schellæum, in infelices ac lethales carceres ex vanissimis solum suspitionibus truserunt. Idem fecerunt in illustrem Baronem Pagettum ac Carolum Arundelium nobilem, licet innocentissimos, nisi fuga matura, & vitæ & conscientijs suis cōsuluisent. Quomodo autē iam pridem summum totius Regni Principem, Comitē Arundeliæ, Ducis Norfolkciæ (qui & ipse istorum cruentis manibus sublatu est) filiū primogenitum

*\* istum in  
carcere hoc  
Anno mense  
Iulij occide-  
runt.*

moge

mogenitum ac hæredem, è fuga propter solã conscientiam suscepta, reductum in carcere immaniter tractent, mendacijsque ac calumnijs infament; omnesque ipsius charissimos fratres, sorores, cognatos, affines innocētissimos homines exagitent, dicere supersedebō. Sanè præter ista quæ commemorauimus, præterque expilationes ac vexationes quas à vilissimis hominibus tolerare coguntur, vel hoc nomine nobiles laici sunt ipsis sacerdotibus infeliciores; quod nec conscientia causa fugere, nec possessiones vendere, nec bona sua vxoribus ac liberis relinquere, nec ad sui sustentationem secum transferre possint; sed fisco ac hæreticorum vsibus applicanda deferere coguntur: qua vna re nihil potest dici aut fingi seruilius ac miserabilius.

Et hanc in omnes Ordines crudelitatem dicunt se non exercere propter religionem, (sic certe putamus; putantque etiam prudentes omnes, qui iam à multis annis aduerterunt, ab ijs qui rerum potiuntur in Anglia, de fide utcumque id prætendant, nullam curam haberi, sed de statu suo solum esse sollicitos) sed ad Reginæ ac Reipub. securitatem, quam per Catholicos indies numero ac studio in Regnam Scotia crescentes, magis magisque periclitari afferunt. Vadè isti noui etiam metus ac suspensiones de Elizabethæ interfectione, quia altè istorum animis infixi sūt, vt pueriliter nō modo homines ac res quæ verè existūt, sed vanissima spectra ac umbras metuāt ac infectetur; adeò quidē, vt ad eā à capite reginæ re-

*Elizabetha  
consiliarij  
nullam de  
religione ha-  
bent curam.*

repellendam, aut postquam facta fuerit vindicandam, non modò in eos qui fecerint, sed in proximos quosque Regni hæredes inauditis associationibus ac iuramentis contra morem ac leges regni conspirauerint: & id quidem primùm priuato furoris zelo fecerunt, postea, cum aliqua tamen eius coniurationis moderatione, lege etiam parlamentaria vix approbaretur, obtinuerunt.

*Fraudes persecutorum.*

Sed vt ad rem redeamus, in hac tãta in omnes omnium ordinum Catholicos sæuitia, nõquã vt apud exteros principes ipsum quã etiam Pontificem, persecutionis inhumanitatem aliquantulum occultent, ac opinionem moderationis ac clementiæ sibi conciliant, rãm fraudulenter sæpè ista dispensant, vt diuinum cruciant, vexant, occidunt, alium Regiã indulgentia nonnunquam palàm absoluant, vt cum Londini est aliquod ab innocentium eadẽ quasi lucidum interuallum vel cessatio, tunc longè crudelissimè in alijs regni locis sæuitur, & dum quosdam ad tempus maiori libertate donare videntur, alios identidem eodem tempore cõprehensos grauissimè cruciant. Atque vt ista calliditas horum institutorum melius inseruiat, habent ferè in Principibus suis certos homines, qui huiusmodi fictæ actus clementiæ exempla, apud rerum nostrarum imperitos inculcent, explicent, amplificent, & infinitæ crudelitatis facinora vel extenuant vel excusent, vel aliorum quàm facta videntur, interpretarentur, sæpè videas etiam homines non malos, de istis persecutoribus Ecclesiæ multis meliora promittere.

Inierunt

Inierunt his ipsis diebus nouum consiliū,  
de quibusdam quos in vinculis habebant in  
exilium mittendis; vel quia morte ac macta-  
tione Sacerdotum senserunt se nihil profe-  
cisse; vel quia iudicarunt hoc in primis facto,  
fucaram clementiam suam, cuius laudem tā-  
toperè expetunt, pluribus in locis diuulga-  
ri posse. Sed certè neque perpetuum exilium  
est magnum lenitatis argumentum; & ea cō-  
ditione impositum vt redire sit capitale, est  
per se sæuissimum; & Sacerdotibus Dei qui  
cum Superiorum mandato, tūm suo singula-  
ri zelo illam sibi prouinciam vt multis ad sa-  
lutem inferuiant vltra susceperant, debebat  
omnibus tormentis ac moribus intollerabi-  
lius censerī; & ipsis denique Catholicis po-  
pulis, pastoribus suis hoc modo orbatis lōge  
tristissimum esse oportuit. Sed quo ordine,  
quoq; modo in exiliū acti sint, vno aut altero  
verbo commemorabo; quia ipse licet indi-  
gnus, huius pro Christo qualiscunque affli-  
ctionis inter cæteros viginti particeps fuit; si-  
mul enim totidem presbyteri & vnus nobis  
laicus hanc pœnam subiuiimus.

Erant tum temporis omnes tam nouæ quā  
veteres custodiæ, confessoribus plenæ, & in  
vno castro Martiali (quod nomen est carceris  
cuiusdam Londini) erāt præter laicos, Sacer-  
dotes plus minus triginta; remanserant quo-  
que in arce atque in alijs vrbis carceribus, ex  
ijs nonnulli qui vel cum patre Campiano vel  
paulò post ad mortem damnati, totum trien-  
nium carnificis manum expectarant. Hos igi-  
tur non omnes, licet in eadem damnatione

*Consilium  
nouum de  
mittendis  
Catholicis  
in exiliū*



Exilio vi-  
ginti confes-  
sorum in  
vna naue  
An. 1585.  
die vero  
Jan. 21.

esse viderentur, nec solos; sed certos & ex sin-  
gulis ferè illius ciuitatis custodijs aliquos de-  
legerunt, nam sex innumeris alijs in regni lo-  
cis vinctis, nec vnum tunc demiserunt. Cum  
ergò dies à Magistratu esset illis deportandis  
designatus, dantur cuiuslibet carceris præfe-  
cto eorum nomina qui in exilium erant desti-  
nati, & vt vinctis diem præscriptum denunciat  
mandatur, vt ita mature de rebus ad viam  
victum necessarijs sibi prouiderent; nam  
publicis sumptibus (quod à multis expecta-  
batur) non nisi in naue erant alendi. Sed ipsi  
carceribus interea conclusi, nec ad vilius col-  
loquium nisi custodibus presentibus admitti,  
non multum adiumenti ad iter ac futurum  
exiliu desolatis hominibus; vt vel hoc nomi-  
ne istud exilium desolatis hominibus cala-  
mitosissimum videri debuerit. De voluntate  
tamen reginæ certiores facti, quisque quod  
potuit fecit, vel ad viaticum non nihil vestiu  
aut nummorum à suis procuraret.

Dies tandem venit, licet sæpè nescio quo  
consilio dilatus, & mutatus, ibantque ij qui-  
bus nos transportandi data sunt mandata, re-  
pentes è variorum carcerum præfectis, eos  
qui designati erant ad exilium. Ducti sumus  
omnes ad nauem in Thamesi flumine propè  
ianuam arcis sitam; iamque conscendere iu-  
bemur, vbi ex nostris quidam, præsertim  
Pater Gaspar Hayuodus omnium nomine pi-  
lâm conqueri cœpit, nos sine causa, sine cri-  
mine, ac sine iudicio planeque indemnos  
debere patria pelli; ac profiteri nos vltra non  
ituros, nec patriam, ac populum Catholicum  
quod

qui in ea est, nostro vnquam consensu relicturos, sed ipsorum in conspectu ad testificationem communis fidei nostræ & ipsorum, libentissimè morituros. Patriam nostram ac salutem istorum nobis vita nostra longè chariorem esse.

Sed cum hac ratione nihil proficeretur, literas salutem ac mandata Principis, quibus ad perpetuum exilium damnamur (inquit) ostendite. Sed cōcessum nō est, at sublatis velis cum multa multorum consolatione ac commiseratione in altum delati sumus. Post bidduum verò, cum iam in oceanum multū processissemus R. P. Gasparus & alij, rerum obmixtè rogarunt regios ministros, vt vel tunc tandem sententiam ad literas exilij videre ac legere liceret. Victi illi, mandatum exhibuerunt, in quo cum illud legissent nostri, *Has tales personas suis & aliorum confessionibus multarum in suam Maiestatem & Rempubicā seditionum ac machinationum reas inuentas, omnesq; vel in iudicio de iisdem criminibus conuictas, vel propter similia in carcere detentas, licet mereantur extremum supplicium, tamen regiam clementiam mitius hac vice agere volentem, extra patria fines tantum deportandas, hoc presenti scripto decernere: Hæc, inquam, cum in hanc sententiam legissent flebiliter, clamarūt vna voce omnes, falsissimis calumnijs ac grauissima iniuria affici, cum nec ipsi, nec sociorum Catholicorum quisquam vllum vnquam rebellionis aut in Reginam aut patriam conspirationis crimen, vel leuissimo verbo confessi sint; & ex ijs ipsis quos*

*Summa in  
iquitas hæ  
reticorum.*

*Forma eie  
ctionis.*

*D. Colin-  
shonus,*

quos tūm deportabant, vnus falsissima accu-  
satione, in iudicio publico fuisset absolutus.  
Proinde P. Gasparus in eam sententiam mul-  
ta locutus, iterum atque iterum obsecrat du-  
ctores suos, vt ad causam dicendam in Angli-  
am reducantur, ac publico iudicio sistantur:  
vel saltem vt ibi pro Christo potius & inno-  
centiæ suæ defensione iugulentur, quàm vt  
hac luculenta infamia in aliena terra compe-  
reant. At responsum est, id in ipsorum pote-  
state non esse, se mandatum regium implere  
debere. Processimus igitur vt potuimus nos  
inuicem consolantes, ac gaudentes quòd hanc  
contumeliam pro nomine Iesu, vtcunque pa-  
tienter tulerimus, ac tandem Deo iuuante Po-  
loniam appulimus, vnde postquam ductori-  
bus nostris valediximus, ad varias Galliarum  
partes, vt quisque habebat commoditatem pro-  
fecti, demum omnes ferè Rhemos ad comi-  
nem patrem Alanum perreximus.

*Rumores  
falsi de hoc  
exilio.*

In quemcunque autem locum ad contra-  
tates aut superiores nostros venimus, eos de  
nobis valde anxios reperimus: audierant eni-  
m hæreticorum aut maleuolorum falsis ru-  
moribus, nos hoc exilium ob metum pericu-  
lorum in Anglia vltra procurasse, stationem  
nostram reliquisse, aut etiam, quod grauius  
esset aliquid hæreticis in religione cessisse.  
Sed cum rem omnem ex nobis abundè intel-  
lexissent, multique nostrum se porro paratū  
esse dicerent, quandoquæ superioribus pla-  
ceret, sine omni periculorum exceptione  
dire incredibiliter lætati sunt in Domino.  
Atque de istis non domi trucidatis, sed ita  
patru

patria pulsus, in exemplum ac argumen-  
 tum clementiæ Regiæ, aduersarij passim  
 loquuntur libenter; & in eo persistunt at-  
 que instant tam impudenter, vt quo plures  
 fuerint in exilium detrusi, eò magis elucere  
 purant magisque commendari apud exterarum  
 nationes, præclaram istam Regiæ clementi-  
 am. Nuper igitur eadem fraude & crudelita-  
 te qua superiores, in Galliam eiecerunt vi-  
 ginti duos ex Eboracensi & Hullensi carceri-  
 bus, qui omnes sacerdotes sunt, vno excepto,  
 qui tamen est Diaconus. Hi omnes maxima  
 ex parte, non solum vinculis & carceribus,  
 sed lenio etiam sunt confecti. Nam alij sexa-  
 ginta, alij septuaginta, alij plures annos ha-  
 bent, & inter eos vnus est octogenarius. Mul-  
 ti horum licet sint valde senes, magnam ta-  
 men ætatis partem in vinculis peregerunt; i-  
 ta vt reperiantur inter illos qui viginti & sex  
 annos, patientissimè & constantissimè tulerint  
 omnia illa incommoda quæ tot annorũ,  
 & raliũ hæreticorum iniquitas incarcerationis  
 solet afferre.

Paulò post, nempè vigesimo quarto Septem-  
 bris, non dissimili consilio patriæ suæ finibus  
 excluderunt, quos ex diuersis carceribus in-  
 vnum eduxerant, alios nonnullos ad nume-  
 rum triginta Sacerdotum, & cum eis duos la-  
 icos; quòd hoc modo putant, se posse huma-  
 nitatis & clementiæ nomen obtinere. Sed  
 quia hoc est valde ridiculum, & non aliud  
 beneficium quàm est illud latronum, qui gloriari  
 solent vitam se eis dedisse quibus non a-  
 demerint; idcirco verisimilius est, illud eos  
 agere

*Aliud exi-  
 lium 22. Sa-  
 cerdotũ mi-  
 serandum.*

*Triginta a-  
 liorum eie-  
 ctio.*

agere, vt Seminarium, quod norunt esse pauperimum, neque tot alendis posse sufficere, multitudine hominum opprimant atque obruant. Sed non est consilium contra Deum, *Domini est terra & plenitudo eius.*

*Psal. 32.*

*Nonne ad  
erudiliores  
adhuc leges  
in Catholi-  
cos an. 1585.*

Illud verò etiam quod paulò post conuocatis ordinibus ad parlamentum, lege perpetua decretum est, ne quisquã Iesuitarum, Seminariorum presbyterorum, aut cuiuscumque alterius conditionis sacerdos, diaconus aut clericus à Romano Pontifice quomodo libet deriuata autoritate, quouis loco post Catholicae religionis per Elizabetham abolitionem creatus, sub poena læsæ maiestatis conuictis debita, post quadragesimum à lege publicata diem, intra regnum maneat, aut à transmarinis partibus redeat; si cuiquam mite clementisque decretum dici queat, quid possit iniquum, crudele, barbarum ceteri nescio. Prioribus legibus etiam, & ipsis iniquissimis, ne presbyteri quicquam sacerdotalis officij exerceant, ne Sacrificium faciant, ne Confessiones audeant, Ecclesiamque quenquam reconcilient, aut quouismodo ad suam fidem inducant, satis exactè cautum est: sed hoc nouo edicto sancitur, vt non solùm contra leges Protestantium non committant huiusmodi, aut in Rempublicam peccent quicquam; sed profusus vt in regno non sint, etiamsi nihil contra statum aut religionem in eo stabilitam molantur.

*Harum legum  
iniquitas cum  
prioribus com-  
parata.*

Hoc edicto non tantùm persona quæ peccat,  
puni-

punitur, idque omnium poenarum grauissi-  
ma: sed vniuersi hominum ordines, qui in  
singulis suis personis nunquam peccant, in-  
iustissimè læsæ maiestatis condemnantur. Hac  
inaudita lege, capitale fit, vt Anglus quisquã  
Societatis Iesu ingrediatur religionem: vel  
in quouis collegio seu seminario per societa-  
tem vbicunque terrarum administrato, edu-  
cetur; nisi admonitus statim redierit in patri-  
am, ac fidem Catholicam coram Pseudoepi-  
scopo abiurare; Sacramentoque præstato te-  
stari voluerit, se omnes leges Ecclesiasticas  
quas Regina vel iam promulgauit, vel impo-  
sterum ab ipsa sanciri contigerit, obseruatu-  
rum.

Hac lege præterea statuitur, ne pater, ami-  
cus aut tutor, suorum aliquem in vlllo colle-  
gio Iesuitarum, vel Seminario versantem,  
pecunia aut alio subsidio quolibet adiuuet,  
sub poena proscriptionis omnium bonorum  
ac possessionũ, ac etiã perpetui carceris. Hac  
postremò lege prohibetur omnibus Reginae  
subditis, ne quisquam in domum recipiat, vel  
quouis modo adiuuet, vel etiam cognitũ non  
prodat, vllum in Anglia existentem, aut ex  
alijs locis redeuntem, Iesuitam, Semiraria-  
num sacerdotem, aliosque supra nominatos  
Clericos, sub pœna homicidis ac furibus præ-  
scripta; id est, suspendij. Illud verò ridiculũ  
potius quàm crudele dixerim; (quod tamen  
aduersariorum vanissimam arguit de omni-  
bus rebus trepidationem, & summam scele-  
ris cõscij animi inquietudinem) nullum nèpè  
Sacer-

*Ridicula  
causula*

Sacerdotem, licet abiurauerit fidem Catholicam, & sectæ isti se planè adiunxerit; debere tamen secundum huius legis præscriptum sub poena capitis, intra decem milliaria ubi contigerit Reginam morari, subsistere.

*Persecutio  
ob libros,*

Hæc quotannis noua & inaudita placita cudunt, seuerissimeque exequuntur, contra Christianos subditos ac conciues suos; & tamen tantam iniquitatem nomine iustitiæ publicant; librisque editis, Regina in his omnibus summam clementiam, ac cum iudicio coniunctam misericordiam, impijssimè decantant: sicut & non religionis aut conscientie, sed variorum in personam regiam cõiurationum causa, ista necessariò fieri, antiquorum Ecclesie persecutorum more, mendacissimè fingunt; ut clarissimè in illo libello, quem nostri homines illius fucatae iustitiæ Britannicæ buccinatori, non ita pridem opposuerunt, luce clarissima & inuictis demonstrationibus cõuincitur. Qui liber, licet & quanta fieri potuit moderatione, & non nisi aduersariorum petulanti prouocatione, & solummodò pro innocentie nostræ defensione sit scriptus; tamen eum qui exemplaria in insulam intulisse dicebatur, presbyterum Catholicum, Thomam Alfeldum, eumque qui disperserat, Thomam Vvebleum, hominem laicum, eam precipuè ob causam vita multarunt; proposita tamen prius cum in patibulo essent, condonatione, si Pontifici renūciare ac Reginae placitis assentiri vellent: quod cum recusaret facere, clero Martyrio defuncti sunt. Ita illi non alio ferè modo quàm nostrorum suspensio

*Liber contra fucatam  
iustitiam  
Britannicam*

*Martyrium  
Alfeldi &  
Socij.*

quo huiusmodi scriptis Catholicorum respō-  
dent.

Vidit ac legit hunc librū Catholicum, qui-  
dam non infimo apud Reginam loco consilia-  
rius, mox atque est editus, & ad amicum quē-  
dam suum, quem affectu in fidem Catholicam  
propensum esse antè cognouerat, ita dixisse  
fertur. Miror, cur Pontifici etiam prudentio-  
res tam pressè, apertè ac liberè, suæ Maiestatis  
ac magistratus actiones & edicta reuelent, re-  
futant & insectentur: nam licet (inquit) for-  
tassis planè nos & in religione & regimine,  
erroris conuincant; tamen non debent existi-  
mare quod vel hucusque progressi, possemus  
cum honore & securitate nostra resilire vel  
quod tanta tamque potens Princeps, humili-  
um istorum hominum quibusuis demonstra-  
tionibus, aut clamoribus pedem referre velit.  
Sicille.

*Iudicium  
cuiusdam  
Reginae consi-  
liarij de  
libro contra  
iustitiam  
Britannicā.*

Atque ista quidem scimus, nec nostri mag-  
nam habent spē, fore vt pro tantis ac tot pec-  
catis iusto Dei iudicio obdurati, prius cedant  
quibuslibet sanis sermonibus, quam præpo-  
tenti Eccelsi manu conterantur; tamen & il-  
los qui pereunt, ne nostro vitio pereant, admo-  
nendos, & bonos, vt in veritate & innocentia  
sua permaneant, hortandos; & reliquos ne tē-  
tationibus, grauissimæ persecutionis suc-  
cumbant, præmuniendos; & denique omnes  
vt veritatis Catholicæ professionem publicā,  
nullis humanis legibus aut terrore deserant,  
confirmandos existimamus.

*Quid cupi-  
unt qui hoc  
tempore  
contra hære-  
ticos Anglos  
luctantur.*

Nec ignoramus eos, qui oderunt Syon, cum  
à veritatis lumine arguuntur, non solum non  
Es melior



meliores, sed sæpè etiam magis furiosos reddi, sed nec propter hoc deserendum est officium, ne dum temporalis periculi ratione tantum habemus, fratrum animas prodere cogamus. Non habebunt in nos potestatem vllam, nisi quantam Deus ad nostram probationem aliorumque salutem, ad tempus illi concedit.

*Dei providentia de Catholicis.*

*\* Comes Iecestria qui iam rebus Hollandicis praeest.*

*Catholicorum constantia.*

Vidimus misericordissimum dominum Deum sapiissime post sanctos hos sacerdotum conatus, captamque in Anglia persecutionem, miris insuetisque modis Catholicos non modo certos tam domi in patria quam foris in exilio, ad eadem expeditos liberasse; ac Seminarium ista gentis nostrae extra insulam, tot machinis dolis ac violentijs impedita, conservasse, sed promiscuam etiam ac publicam omnium orthodoxorum stragem, aliquoties iam illo saevo Anglorum \* Aman, omni verso, etiam raptis catulis crudeliore, suisque in Puritanismo ministris, feris vocibus ac minis designata, dexteram suam potentia hucusque auertisse. Sicut eos vicissim in Catholicis omnium ordinum hominibus, quos divina providentia ad laudem nominis sui ac veritatis testificationem permittit ab hostibus capi, vexari, spoliari, incarcerari, vinciri, torqueri, occidi denique, experimus incredibilibus Dei consolationibus, secundum magnitudinem dolorum suorum latificari: quibus non solum ipsi gaudentes ferunt pro nomine Christi mala temporalia omnia; sed socijs Catholicis ac praesertim presbyteris exemplo sunt, constantia, patientiae, ac contemptus huius seculi.

Vnde fit, ut ne nunc quidem post tot cruenta decreta, ac supplicia, Sacerdotes usquam ab officio

officio cesset; didicerunt enim obedire Deo magis quam hominibus, nec timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam; hunc timere (inquam) didicerunt: ac proinde mittuntur, & ingrediuntur insulam, in eaque Apostolicè & pacificè se gerunt. Non veniunt ut Reginam occidant, Republicamque perdant, sed ut illis vitam ac salutem, Ecclesiamque pacem, etiam morte sua conferant; sperantes sibi nunquam defuturos, *Abdias, Sereptanas, Onesiphoros & Albanos*, qui, reclamantibus humanis legibus ac mortalium principum iniquis mandatis, servos immortalis Dei, ac pastores animarum suarum fideliter colligant, ut per eos recipiantur in aeterna tabernacula, quae à principibus huius seculi nec dari, nec auferri possunt.

Sed ut ex hoc diuerticulo, quo animi causa in tam luctuosa narratione, velut ipse in parte laborum ac miseriarum adhuc esset, libenter sum usus, revertar; Elizabetha, rata non esse satis ad suam suorumque securitatem, ita Catholicos domi repressisse, vicinos quoque multis antea modis indignissimè læsos, nunc novis undique & non ferendis iniurijs lacessandos existimavit. His viginti sex annis in summa pacis & amicitiae simulatione, foveit illam quidem furtivis consilijs & auxilijs, Regum Scotiae, Franciae, Hispaniae, omniumque gentium rebelles & hæreticos; sed iam tandem rationibus suis iudicavit esse consultum magis, ut Catholicum maximè Regem, què præ-

*Consilio  
periculosum*

*Per quos Elizabetha pacem foris turbavit.*

*Sollicitat Regem Gallia contra Regem Hispaniarum.*

teris metuit & odit, & cuius noua incrementa principes etiam alios ægrè ferre videbat, non iam amplius clandestinis molitionibus: sed terra marique in Hispania, Lusitania, Indijs, Insulis, ac Germaniæ inferioris ditionibus aperto Marte adoriatur; viciniq̃ Belgij rebelles ciuitates, non vt priùs per interpositas personas Auarici, Nassouij, Casimiri, & meliori cõsilio ac fortuna digni Alinsonij (qui Elizabethæ perniciosis dolis ac pollicitationibus inexplicabiles sibi conflauit miseras, quod paulò antè mortè bonus Princeps incõsolabili dolore quibusdam familiaribus suis contestatus est) tueatur, sed vt per se & subditos suos occupet, palamq̃ ac publicè in processionem vel prædam potiùs suam accipiat. Videns enim iam tandè Dei optimi maximique uicta potentia & excellentissimi Principis Parmèsis consilio & virtute, omnes penè prouincias Belgicas vel Regiæ Maiestati reconciliatas, vel potestatem ipsius redactas, resq̃ illic rebellium ac hæreticorum indies declinare; egit diligentissimè cum Rege Christianissimo, honorifica ad illum sub specie tradendi Capiti (quæ est supremi ordinis Anglicani ressera) instituta legatione, vt illas prouincias in extremas iam redactas calamitates in patrocinium suũ reciperet: sed sua Maiestas Christianiss. vel quia suis rebus domi tunc impedita, alienas, ne iustissimas quidem, nedũ tales curare commodè non potuerit, vel quia verè Catholicus Princeps cum sit, æquius & honorificentius esse duxerit operam in suis hæreticis ac rebellibus castigandis, quam

quam in alienis contra legitimum Principem defendendis ponere; vt ciuitatum rebellium patrocinium susciperet, adduci non potuit. Vnde insignem suæ M. Christianissimæ iniuriam ab Elizabetha factam videas, quando in libello excusationis suæ profitetur se, ad Belgicarum Prouinciarum defensionem ad hoc rege maximè adductam fuisse.

Sed cum nec Galliarum Regi nec cuiquam alteri obrudi res posset, ventum est ad Elizabetham: quæ post prolixam & frequentem in Senatu suorum deliberationem, & conciliariorum vehemèter dissentientes sententias, quorundam audaciorum hominum temerarium amplexa iudiciû, tandè desperatas illas prouincias, sibi ( vt videtur ) regnoque suo perniciosissimo consilio, in patrocinium suscepit; ciuitates portusque commodiores Anglo milite complet terra marique bellum Catholico Regi parat, & vt tantum monarcham iustioribus copibus adoriatur, expilat miserè cum cæteros Angliæ subditos, tû maximè Catholicos; quibus qualemcunque libertatem conscientia & impunitatè promittit, modò velint largiter & promptè pecuniâ in hoc bellû cõ-

*Elizabetha occupat Hollandiam.*

*Comes Lecestria fit Gubernator Hollandia.*

crementa  
ebat, non  
bus: sed  
a, Indijs,  
onibus  
Belgij re  
erposita  
, & meli  
(qui Eli  
ationibus  
ias, quod  
cõsolabi  
is cont  
ditos su  
procedi  
piat. Vt  
aximè  
Principi  
enè pro  
econci  
, resque  
ies decli  
Christia  
ie tradè  
Anglica  
llas pro  
lamita  
sua Ma  
us domi  
quidem  
erit, n  
fit, &  
it ope  
tigadis,  
quam

rapinam & depopulationem cōcessam agnoscas.

Sed cum animaduertiſſet Elizabetha, non ſolūm ſubditos ac Senatores etiam quosdam ſuos, eosque prudentiores, iſta & periculoſi & planè iniuſti contra Reipublicę antiquiſſimos confederatos, vltro illati belli conſilia non probare; verūm etiam quòd multò magis ipſa in reprehēſionem ac temeritatis notā apud exteros incurreret: quòd foemina cū ſit, regniq̄e Domina, religione quidem & armis olim nobilis, ſed non adeò magni; exteris etiam inuiſa, nec à ſuis tuta, tam potentem mundi monarcham in rebus agendis licet pacificum & patientem, tamen omnibus ferè in bellis victorem, non prouocata, non laſa, ſola aggredi voluerit, ad tam improbilis facti ſui deſenſionem vel excuſationem ſcriptum magis improbabile varijs linguis, publicauit; quod hoc axiomate, Principe quidem proteſtante digno, ſed rebus humanis pernicioſiſſimo, orditur: nimirū, *Reges Chriſtianos, ſeq̄, in primis, ad factorem ſuorum quorumcunq̄e rationem reddendam, Deo ſoli, & mort alium nulli obligari.* Cū tamen Rex in populo Dei fuerit Saul, qui pro re malè geſta debebat ſubire iudicium Samuelis; Rex etiā David eſſet, ſed rationem facti & peccati ſui reddidit Nathan; Rex Ozias, ſed ſacerdotum iudicio, pro uſurpata ſpirituali poteſtate, ſe ſubtrahere non potuit: Regina etiam Athalia huic noſtrę ſimilis, ſed à ſummo ſacerdote Ioiada meritò pro ſcleribus punita: Reges in veteri lege reliqui, ſed in cauſis ambiguis iudici

*Elizabetha  
libro edito  
rationē occu-  
para Hollā-  
diæ reddit.*

*Reges etiam  
tenentur ad  
reddendam  
rationem.*

iudicium sacerdoti qui pro tempore fuerant, diuino mandato subiecti. Et in noua lege Rex erat Theodosius, sed Ambrosio Episcopo suo commissæ cædis innocentium, poenam luere oportuit: Reges denique omnes Christiani, sunt oues Christi; & proinde Pastoribus & præpositis suis, qui reddituri sunt rationem Deo pro ipsorum animabus, obedire & subiacerentur: Ecclesiæ filij sunt, si Catholici sunt, subiecti Ecclesiæ sunt, etiã si non sunt Catholici, & proinde nisi velint pro Ethnicis haberi & à suis etiam subditis vitari, Ecclesiæ, iniustorum bellorum & reliquæ apertæ iniquitatis rationem reddere debent; postremò & maiores Elizabethæ, cum Reipublicæ probarentur fuisse perniciosi, ac Catholice Religionis hostes, coacti sunt rei malè & perperam administratæ, Regni ordinibus rationem reddere. Iã, verò illo falso posito principio, vltro ac gratis huius suscepti à se belli ac prouinciæ patrocini, huiusmodi ferè causas affert Antiquissimam fuisse confœderationem & necessitudinem inter maiores suos, Reges Angliæ, Duces & prouincias domus Burgundicæ mutuaque non modo commercia inter vtrūque populum cõmodissima semper intercessisse; sed auxilia etiam mutua, siue civilibus siue externis bellis laborantibus, perpetuò fuisse vtrinque suppeditata; vt propterea tam vicinis tamque sibi adamatibus, veteribusque fœdere ac necessitudine cõiunctis, & crudelibus Hispanorum armis oppressis, ac non modò antiquis iuribus ac priuilegijs spoliatis, sed ad internecionem prole deletis, pro Christiana charitate se

*Causa occupatae Hollandiæ.*

non posse non succurrere dicat, nec velle ab incepto ipsorumque defensione desistere, quousque pristinis libertatibus, commerciorum vsui solito & optatae paci expulsis Hispanis ( de quorum vicinitate se admodum etiam rebus suis timere ait ) provinciae plane restituantur. Hæc verè varijs in Regem Catholicum & in eius non ita pridem in Angli Oratorem illustrissimum Bernardinū Mendozium sparsa conuitijs, in illo Elizabethæ libello continentur: quæ à prudentibus viris talia iudicata sunt, vt priorem iniustitiam non tam excusare quàm prodere; non defenderet, sed iniuriam iniuria cumulare videantur.

1.  
*Contradictio  
in factis &  
verbis Elizabethæ.*

Mirantur enim omnes, prætextu fœderis cum domo Burgundica, rebellantem plebem contra legitimum dominum suum, eiusdem Burgundicæ familiæ principem & hæredem ab Elizabetha defendi; non ferendum existimant vt illa se vindicem alienæ libertatis constituat, quæ domi contra fas, ius & iuramentum suum, tam clero quàm populo Catholico sibi subdito, à primis principibus ac Apostolis concessa priuilegia ac conscientie veram libertatem iniquissimè sustulit; miserabilique animorum ac corporum plusquam Aegyptiaca seruitute omnes sibi subiectos opprimit. Id etiam perridiculum videtur, vel à Philippo, provinciarum antiqua priuilegia & libertates violari; vel dominij in populum Belgicum iure eum excidere, quod ceteram sectarum licentiam permittere nolit. Sed multò magis veteratorum est illud, istud co-

um a  
procu  
mere  
ant, ne  
accep  
abfuit  
tissim  
non if  
popul  
vt bel  
restau  
redder  
castig  
sruiti  
miret  
Angli  
defen  
guine  
etiam  
se ded  
Braba  
grauit  
subiug  
mus P  
tate, &  
in vic  
pænè  
cond  
nino  
ritori  
nolie  
cum  
alius  
tissim

cum ab illa ad stabilem prouinciarum pacem procurandum & soluta bellis interrupta commercia restituenda suscipi: cum omnes vident, non alio tempore istas in tutelam ipsius acceptas prouincias; quam tunc, cum nimium abfuit, vt omnes se verò principi ac clementissimo domino suo deditissent; ac proinde non ista moliri bonam Reginam, vt misero populo pacem & concordiam conciliet; sed vt bellum penè extinctum infelicibus armis restauret, calamitatesque ipsarum æternas reddet. Eam autem de immani in rebellibus castigandis Ducum aut militum Hispanorum suauita tam flebiliter conqueri, quis non iure miretur? cum ipsa propter duos tantum in Anglia & Hybernia pro Catholicæ religionis defensione leuissimos motus, eosque sine sanguine aut cæde facillimè sopitos, plus stragis etiam in eos qui ex pacta cum ducibus venia se dederunt, ediderit; quam in Flandria, Brabantia penè vniuersa aliquot annorum grauissimo bello clementissimo domino suo subiuganda, factam vidimus; vbi benignissimus Princeps Parmensis & naturæ suæ bonitate, & Regis voluntate, tam incomparabili in victos vltus est misericordia; vt & singulis penè parcitum sit de vita, & varijs vrbibus condonata multa pecuniaria, nec vlla omnino, militum (licet optimè in illo bello meritum) prædæ aut direptioni tradita. Cur nolit autem Elizabetha Catholicum pacificumque Philippum, vel ipsius militem, si quis alius hodiè disciplinæ castrensium obseruantissimum habere, si propinquum, nescio, certè

36  
*Ridicula Elizabetha querela de Hispanorum crudelitate.*



si Elizabethæ vicinitas non plus damni & turbarum adiacentibus vndique prouincijs attulisset, non ita hoc tempore laboraremus; & sæpè quidem ille istam, varijs iniurijs ipsium irritantem, Christiani Regis dignissimo exemplo, beneficij ac benignitate priùs placare, quàm armis repellere studuit. Denique illam totà de illustrissimi Bernardini Mendosij militis in Rempublicam Anglicanã officijs quæramoniam, propter nescio quæ quorundam Catholicorum cum ipso communicata consilia, minimè omnium decere illam iudicatum est; cuius Oratores hoc, toto dominatus sui tempore, id vel solùm, vel sanè in primis egerunt, in omnibus vicinis prouincijs, vt seditiosos subditorum contra Reges ac Prælatos, vel excitarent vel fouerent. Id enim in primis Gallicis tumultibus Nicolaus Throgmortonus, & postea Franciscus Vualsingamus, & cæteri in Francia; id Randallus in Scotia, id Vvillonus in Flandria, id reliqui vbiuis locorũ proprio hæreticorum more & instituto, temper fecerunt. Atque sic quidem de istius Regionis tam factis quàm scriptis homines tum differabant. Sed quidquid alij sentiant, parum hinc illa sollicita; se consolatur in similis belli (ve gloriatur) recordatione, quod in eijciendis Gallorum è Scotia præsidijs, feliciter in Regni sui primis auspicijs sibi suisque successit; sed quàm faustè paulò post in non dissimili pro hæreticis suscepto bello apud Neoportum in Normannia rem gesserit; & alij probe meminunt, & ipsa præ cæteris obliuisci nec debet nec potest; Nam & tum Christianissimi

*Oratores Elizabethæ quid sunt moliti,*

*Sicut Catholicum nunc, sic ante Christianissimum Iusit Regem.*

Regis  
facti s  
via est  
Gallia  
quæ te  
vendic  
ea solu  
zatis,  
reus,  
Iustri  
ginam  
mè def  
public  
Inte  
Belgici  
berha  
crudel  
ficio ad  
tra ext  
que de  
strenue  
licunq  
aliqua  
domi s  
illo de  
velint,  
maxim  
stris, s  
militib  
scriper  
missar  
vt vbi  
glia R

Regis vrbes interceptit, & scripto confirmati ad facti sui excusationem edito, eadem oratione vsa est: nempe, se non contra fratrem suum Galliarum regem quicquam moliri, nec illa quae tenebat loca aut ipsi surripere, aut sibi vindicare; sed amicitiae & vicinitatis causa, ea solum conseruare, donec maturioris esset aetatis, & donec à Guisianorum potestate liberatus, sui esset iuris; hanc enim familiam illusterrimam propter serenissimam Scotiae Reginam primum; deinde propter gloriosissimam defensam in Gallis fidem Regem & Rempublicam, singulariter exorsam habet.

Interea verò dum huius iniustissimi belli Belgici expectatur & timetur euentus. Elizabetha sibi subiectos Catholicos partim vi & crudelitate ne impediunt, terret; partim artificio adducit: omnibus, (qui partes suas contra externorum quorumcunque aut quacunque de causa sibi bellum inferentium impetus strenuè tueri velint) promissa conscientiae qualicunque libertate, & à solitis grauaminibus aliquanto leuamine. Quod non solum ijs qui domi sunt, sed per ministros suos etiam in exilio degentibus Catholicis, si illa lege reuerti velint, pollicetur: idque cum alijs multis, tum maximè certis nobilibus in Catholici Regis castris, sub excellentissimo Principe Parmensi militibus, peculiaribus suo nomine ad ipsos scriptis literis significari madauit. Interim emissarios suos in omnes prouincias amandat, ut vbique istud spargant apud exteros: Angliae Reginam non esse in suos tam iniquam, ut à mul-

*Vt foris re-  
belles fouit,  
sic fideles  
subditos  
odit.*

*Ar. Elizabetha  
in placandis suis  
quos laeserat.*

à multis existimatur; neque adeò qua quisque in fide sit sententia esse sollicitam, modò de Catholicis certa & secura esse possit, quòd patriam suam externis proderè nolint, nec ipsam in vllò, ne pro religione quidem illò bello deserere.

*Aliquot placat alios plebs.*

Sed eodem tempore quo ista ita tractantur contrario consilio multos vndique sacerdotes his proximis mensibus interceptos, in carceres rapiunt; non ob aliam causam, quàm quòd contra nouum parlamenti decretum in Italia vel manserint, vel in eam post exilij sententiam redierint. In quibus Eboraci, Hugo Tailerus & Marmaducus Bous gloriosa morte inter Latrones mulctatur: ille, quòd presbyter esset, iste, quòd eundem in domum receptum, prandio donauerit. Paulò etiam post Londini Edouardus Transamus, sacerdos, insigni zelo & pietate, & gratia verbi præditus, & similis meriti atque constantiæ compresbyter suus Vvodsinus nomine, pretiosissima morte & confessione Deum glorificauerunt quibus extraxerunt adhuc semiuiuis viscera, & membratim dissecta morticina volatilibus cœli escam dederunt: nam Catholicos Laicos solo suspendio; (quòd est illic latronum & homicidarum supplicium) sacerdotes verò ac religiosos etiã euisceratione, membrorum dissectione, & in publicis locis affixione tollere solent.

*Martyria.*

Sed de his dulcissimæ patriæ meæ calamitatibus nò licet plura hoc tẽpore dicere; genitum potius olim religiosissimæ miserã, conuenit deplorare fortunam; adeoq; homines ex hac

barba-

barbara & bruta hæresi immutatos, vt cum  
omni religione etiã humanitatis sensum ex-  
uiffe videantur. quodque cùm priscis tempo-  
ribus patrumque etiã nostrorum memoria  
sacris Episcoporum, presbyterorum ac reli-  
giosorum personis tam insignem venera-  
tionem semper exhibuerint, vt vbiçunque (in-  
quit venerabilis Beda) clericus aut monachus  
adueniret, gaudenter ab omnibus tanquam Dei  
famulus exciperetur; & si itinere pergens in-  
ueniretur, accurrebant omnes, & flexa ceruice,  
vel manu signari vel verbis illius se benedici gau-  
debant; eo (inquam) nunc res nostræ sint pro-  
lapsæ, vt ijs in perdita gente nostra, non solũ  
nullus tribuatur honor, sed quod nec illic vi-  
uere aut esse liceat; quodque eorum conditio  
sit furum, latronum, homicidarum, perduel-  
lium ac quorumuis sceleratissimorum homi-  
num fortè longè intolerabilior; eò miseros  
Britannos meos perduxit impia hæresis, &  
Ecclesiasticæ communionis disrupta societas.  
Igitur de hac laica & foeminea prælatura Ec-  
clesiastica, quantasque turbas mundo dederit,  
pro ratione huius instituti compendij, sit scri-  
ptum satis; si plura deinceps mala ac mon-  
stra orbi pariat, id in posterum  
non tacebitur.

Hist. Angl.  
lib. 3. c. 26.

F I N I S.



paratione facta vnus huius carceris cum reliquis decem illius ciuitatis; & illorum deinde, cum cæteris omnibus quæ sunt in vniuersa Anglia; quatuor etiam annorum, quibus hæc contigerunt, cum viginti & septem quibus Elizabetha regnauit: coniecturam facile inire poterit, quot & quanta Catholici pro fide in illo regno passi sint & patiantur.

*Huius Die  
coni.*

Vt autem res melius intelligatur, sciendum est illud huic carceri quem Turrim appellant, præ cæteris esse peculiare, vt captiuus quisque suum habeat cubiculum seu carcerem proprium, propriumque custodem, qui illum obferratam semper teneat, cæterorumque à conspectu & colloquio arceat, omneque commercium tam per literas, quam per nuncios intercludat. Ex hoc deinde cubiculo ad alia loca omnia educitur, siue supplicia adeunda sunt (quæ varijs temporibus pro persecutorum libidine Catholicis infliguntur) siue vt examinetur aut quæstioni subijciatur.

*Qua sunt  
peculiaria  
Turris Londæ  
dinensis.*

Suppliciorum autem, siue afflictionum particularium, quæ modo huic, modo illi adhibentur, septem in hoc carcere numerantur genera: quorum primum est, Lacus siue spelunca quedam subterranea, viginti pedum altitudine profunda, sine lumine. Secundum est cubiculum quoddam seu antrum arctissimum vix hominem erectum capiens, quod ab exigua requie quam præstat, Litilesum appellant. Tertium est equuleus, quo, machinis quibusdam rotisque ligneis, hominis membra in diuersa distrahuntur. Quartum vocant Scavingeri filiam, ab inuentore opinor deducto

*Septem sup  
pliciorum  
genera.*

1.

2.

3.

4.

cto

5. Et nomine; constat autem ex circulo ferreo, qui manus pedesque & caput in vnum orbem compingit. Quintum est ferrearum chirothecarum, quibus manus grauiissimo cruciata inuoluuntur. Sextum est vinculorum quae brachijs gestantur. Septimum denique Compedum ferreorum qui aptantur pedibus, his cognitjs facile intelliguntur caetera quae in Diario sequuntur.

*Admonitio.* Illud tantum admonendum est me hoc indiculo ea solum complexum esse, quae religionis causa, Catholicis inflicta fuerunt; quaeque ad meam notitiam, (qui separatim à caeteris custodiebar) peruenire potuerunt; caetera suo tempore ab alijs annotata prodibunt. Interim Christiane lector, haec pauca sufficiant ad charitatem tuam excitandam, ut pro patria nostra tam afflicta Deum roges. Vale.



DIARIUM